82.

Liber rarus, Emptus à me Andreâ Felice Oeffelino Lutetiæ Parisiorum Anno Sal. Hum. MDCCXXXVIII.

Seneca libro ad Albinam
cap: XVII.

O quam multorum Egregia opera in obscuro jacent!

BIBLIOTHECA BELGICA MANVSCRIPTA,

SIVE,

ELENCHVS VNIVERSALIS CODICVM MSS. IN CELEBRIORIBVS BELGII

Cœnobijs, Ecclesijs, Vrbium, ac Priuatorum Hominum Bibliothecis adhuc latentium.

COLLEGIT ILLVM, ET EDIDIT

ANTONIVS SANDERVS

IPRENSIS ECCLESIÆ CANONICVS ET SCHOLASTICVS.



INSVLIS,

Ex Officina Tossani le Clercq, sub signo S. Ignatij, Anno M. DC. XLI.

ADMODVM REVERENDO
ET AMPLISSIMO DOMINO
D. NICOLAO DV BOIS
ABBATI ELNONENSI,
COMITI IN PABVLA
SINGVLARI BONARVM ARTIVM AC VIRTVTVM OMNIVM PATRONO

DD

ANTONIVS SANDERVS.

Iprensis Ecclesiæ Canonicus, & Scholasticus.

D*Vm per varia Belgij loca, ac Gallo-Flandriæ præsertim, vbi nobilissima sunt, & antiquissima Religiosæ disciplinæ Asceteria, Ecclesiarum Origines inquiro, in sacris earundem Cimelijs duo præcipuè æstimare soleo: veneranda nimirum Sanctorum Lipsana, quæ ijs in locis Diuina adhuc Benignitas conseruauit, &* Codices Manuscriptos. *Porrò de pretiosis illis Sanctorum Reliquijs, quanquã plura hactenus alij scripserint, aliqua tamen & ego, ad maiorem Dei & ipsorum gloriam, in Topographicis*

meis Lucubrationibus memorabo. De his verò (quanquã non per bella tantum, ciuilesque Belgarum motus, sed per rapaces etiam hæreticorũ manus, ac sacrilegia, denique per plagiarios quosdam Thesaurus hic immensis olim laboribus, impendijsque conquisitus non minima sui parte imminutus sit) aliquid nunc dicam, & Fragmenta colligam, ne pereant; Elenchos quosdã, & similium Codicum Indices, a Præsulibus quibusdã, & Ecclesiarũ Præpositis ad me missos pro maiore Rei Litterariæ bono publici iuris facio, Tibique Præsuli omni virtutum splendore, & scientiarum ornamentis Clarissimo inscribo, Tibi, inquam, illius Cænobij laudatissimo Rectori, quod & sacris Diuorum Lipsanis, ac glorioso præsertim S. AMANDI (qui Flandriæ nostræ, ac Menapiorum, atque Sueuorum in ea præcipuus est Apostolus) corpore decoratur, ac Manuscriptis etiamnũ Codicibus locuples, eruditione, virtute, Monastica seueritate, alijsque Religiosæ Disciplinæ laudibus efflorescit. Cæterũ in Elenchis illis spicas quodamodo habemus, quas Barbarorũ nobis rapina reliquit. In quibus cum præclara veteris diligentiæ, & Monachalis industriæ (cui seruatas litteras, & priscam omnem Græciæ Latijque eruditionem meritò fateri cogimur) Monumenta videamus; multiplicem nos inde fructum possumus decerpere, ac inprimis illum, quod cognitis per eos multis tam profanæ, quam sacræ litteraturæ Auctoribus, genuina veraque, cum opus erit, & aliqua forsan ea de re controuersia orietur, eorundem lectio deprehendi poterit, alijsque non probæ fidei hominibus frænum inijci, quo minus ea, qua solent, libertate, Ecclesiasticos præsertim Auctores, in quibus

omnis

omnis veritatis adulteratio pernitiosa est, sanctosque Patres mutilent, aut corrumpant, & in suos errores (per audaciam profectò & inverecundiam singularem eorum genuino textu corrupto) planè renitentes ac invitos trahant. De cuius mali multiplice noxâ videndus Franciscus Modius in Nouantiquis Lectionibus, Epistola XLI. ad Erasmũ Neustetterũ Equitẽ Francũ. Verebuntur scilicet, & eorum coercebitur impudentia, cum Auctores illos, non mutilos, sed intactos, integrosque in priuatis publicisque Bibliothecis exstare intelligent, per eosdem enim illos Codices, iam à pluribus sæculis, & ante natam Typographiam ingenti labore, & auro propè infinito scriptos, atque coacervatos, facili ratione fraus eorum detegetur, & infamiam feret. ut de præteritis illorum corruptelis nihil dicam, quæ sic etiam poterunt contundi. Alter etiã ex hoc Mss. Codicum Elencho manare fructus in Remp. poterit, quod perspectâ per Viros Eruditos, beneque de Re Litteraria mereri satagentes, quorundã Auctorum, qui hactenus Typis editi non fuêre, probitate, atque præstantiâ, ijdem mox Doctorum eorundem solertia eruendi, & in lucem publicam proferendi sint. Non possumus autem dubitare, quin aliqui adhuc magni, utilesque, si ernantur, egregiè futuri Scriptores in Bibliothecis quibusdam lateant, qui hactenus prælo subditi non fuêre. In quanto autem pretio olim apud omnes cordatos Manuscripti illi Codices fuerint, ac esse debuerint, tum per se patet, tum non nisi ingente molestia, ac labore conficerentur, tum, ut alia plurima huiuscemodi exempla non adferamus, ex Testamento Caroli Magni liquet, qui cum alia pretiosissima donaria

 moriens

moriens Ecclesiæ Romanæ, & Rauennati, alijsque locis legasset, ijsdem etiam Ecclesijs aliquot Codices Manuscriptos, *vt Cimeliorum suorum præcipua, donauit. Sed & hoc huius Instituti mei commodum esse poterit, quod, quoties Criticis collibebit, ad illa vetera Exemplaria castigari fierique meliores, & repertis quãdoque Fragmẽtis auctiores edi Scriptores poterunt, insertis è veterum quorundam penu, quæ in non editis quibusdam, vel editis alijs desiderabantur. Præterea & Neotericæ Corniculæ, ceu Plagiarij quidam, Laborumque alienorũ iniusti ac impudentes fures merito suo traducentur, cum veris patribus sua proles assignabitur, atque ita futurorum audacia præuertetur. Sæpe alienis phaleris superbit inglorium ignauumque iumentũ, sæpe non merito mangonio asinus, Arcadicũque pecus aliquod exornatur. Quid quod & honori futurus sit hic* Index *Monasterijs illis & Ecclesijs, quorum in eo* Mss. Codices *designantur, quippe qui veterum, vt ante attigi, Monachorũ sub signis præsertim D. Benedicti militantiũ diligentiam, & in conseruandis omne genus bonis Auctoribus curã singularem sit monstraturus. Videbitur & ex eo* Librariorum *in ijs olim frequentia, quos si tantis laudibus Cancellarius Parisiensis Gerson (vt in adiuncto Libello videmus) attollendos esse putauit, maiori sanè encomio digni sunt, qui non solâ tantum scriptione Libris multiplicandis student, sed* Scriptoribus *illis ceu* Librarijs *materiã præbent, nouosque & Ecclesiæ ac Reip. Christianæ vtiles* Libros *elaborant. Videbitur & in hoc vetustorum Antistitum, ac Abbatum pia liberalitas, qui tot tantæque molis* Libros *in membranulis* Mss. *ingentis tunc ante natam Typographiam pretij, auro propè infinito in id impenso conscribi*

mandauerunt eo fructu ausim dicere, ut huic soli Scriptioni, quod antè notaui, & solorum ferè Monachorum diligentiæ vniuersam pæne Litteraturam in Europa, Asia, Africa conseruatam debeamus. Quanto autem nuper in pretio Mss. *hosce* Codices *habuerit laudatissimus ille Vedastini apud Atrebates Cænobij Præsul, ac vera Præsulum Gemma, Philippus Cauerellius, ex eo cognoscimus, quod quamuis maximorum aliorum Operum patrator exstiterit, in ijs tamen per Belgium & Galliam conquirendis, inque sua, quam admirabilem ac luculentissimam excitauit, Bibliotheca reponendis (vt de editis impressisque nihil dicam) inmensam pecuniæ vim impenderit: viuet ille, & futuris seculis omnium laude prædicabitur tantus bonarum artium ac studiorum patronus, vt vel Pollioni, vel Mecænati comparari possit. Cæterum vnum hoc in negotio me malè habet, quod cum iam Cænobiorum quorundam Catalogos in lucem feram, cæterorum quorundam, neque minus illustrium locorum ea de re Monumenta proferre etiam non potuerim. Talia sunt Cænobij Tongerloensis, Epternacensis, S. Dionysij apud Hannones, S. Andreæ apud Cameracesium, Rubræ vallis (quanquã hæc sparsim in Bibliotheca Valerij Andreæ edita sint) Hammensis, Floreffiensis, Caricampensis, Euerbodiensis, Vallicellensis, Postellensis, Fontanellensis, Aureæ vallis apud Luxemburgios, Viconiensis, & aliorum quorundam, quibus impetrandis vel temporum iniquitas, vel alia caussa obstitit. In his verò quæ impetrare potui, etiam* Indiculum *aliquem eorum ponendum esse operæ pretium existimaui, qui de Tumultibus Belgicis aliquid Scripserunt; quos inter plurimos invenire possumus, qui calamitatum nostrarum caussas & origines*

(quæ nos modò peccatis ita nostris exigentibus, & Diuinam in dies iram prouocantibus ita premunt, vt tantum non opprimant) earumque remedia aliqua ad amussim attigerunt. Neque deerunt forsan aliqui, qui perspecto aliorum conatu, aliquid etiam ad medicanda publica mala, & commune extinguendum incendium pro facultatis suæ modulo adferre nitentur. Quidquid autem hic Amplissime Domine in lucem prodit, id totum sub auspicijs & titulo Tuæ Dignitatis prodire volui, tum vt aliquod meæ in Te obseruantiæ testimonium publicè exstaret, tum quia scientijs ipse varijs, litterisque tam sacris quam profanis cultissimus, Litterarijs huiuscemodi Tractationibus gaudere soles. Talis enim omnium eruditorum hominum Encomijs celebraris, & multorum inscriptione Librorum honores maximos consecutus, apud eos verus ac singularis bonarum artium Patronus audis. Sed vel ab ijs solum quæ in Elnonensem Familiam à te profecta sunt beneficia, eximia prorsus & excellentia, Diuina ingenij Tui magnitudo, indolisque præstantia innotescit. Ipse pulcherrimorum Operum (in quibus etiam suum est habitura locum Bibliotheca tam Manuscriptis, quam Prælo vulgatis Codicibus instruenda) Director es, & Architectus. Beata prorsus tali Præsule Elnonensis Familia, quem cum ad maiorem Dei gloriã, splendida cumprimis, & Benedictini Ordinis Maiestate digna, ad gratam Benefactorum huius Domus, Illustriumque Principũ & Heroum memoriam, pro Hospitibus & Religiosis, pro Præsulibus, & administrandæ Iustitiæ loco, pro alijs denique familiæ necessitatibus, magna solertia & sumptu non modico, quem a

mag-

magnificentia tamen non disiuncta parsimonia & frugalis Oeconomiæ ratio suppeditat, ædificia erexit, ad ædificandam Deo domum ingens pietas & animi Magnitudo propellit. Ominari profecto licet, si talia, tamque Augusta hominibus habitacula Tua Nicolae industria præparauit, qualem Deo mansionem statuet zelus ille tuus, & feruidum amplificandæ Religionis studium? multos & felices annos Diuina tibi bonitas concedat, & pro maiore nominis sui gloria, pro nobilissimi Ordinis honore, pro Elnonensis *Familiæ ornamento impleat in te Dominus quod Scriptura commemorat.* Ecce vocaui Beselecl filium Vri, filij Hur de tribu Iuda, & impleui eum Spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, & scientia in omni opere ad excogitandum quidquid fabrefieri potest ex auro, & argento, & ære, marmore, & gemmis, & diuersitate lignorum, dedique ei socium Ooliab filium Achisamech de tribu Dan, & in corde omnis eruditi posui sapientiam. *Ita fiet vt pro desiderio tuo invenias locum Domino, Tabernaculum Deo Jacob. Et fiet vtique, vt non exteriore tantum apparatu, qui minus in conspectu Domini pretiosus est, quam interna animorum pulcritudo, sed Religioso & pio deuotorum Monachorum agmine illud ornes & instruas. Externa ædificas & quæ hominum obtutibus patent, pulcra confiteor, & splendore Regalis Cœnobij digna, sed magis sollicitus de internis & quæ solius patent oculo Dei. Æstimari possunt*

Exod. 31.

ê exteriora

exteriora murorum ornamenta laudabilis & Religioni opportuna, domorum ac parietum symmetria, sed caduca illa omnia, vana, fluxa, multis temporum iniurijs & humanis casibus obnoxia, imo vix vllis laudibus digna, si vera virtutum religiosarum pulcritudine, morum elegantia, & seuero Monasticæ disciplinæ rigore, quem suauis tamen discretio temperet, non fulciantur. Sedeum tibi spiritum Diuina gratia donauit, vt de vero Spiritus sancti habitaculo magis cures, quam de parietum basi, & sublimi tectorum fastigio: vt dignum maiori laude putes reficere ruinas mentium, quam murorum. Itaque disciplinam conseruas, & sicubi lapsum aliquem vel labem illa passa sit, pacificè & sine motu (quod magnæ hoc seculo dexteritatis, industriæ, & felicitatis opus est) restauras; si passura videtur, eadem prudentia præcaues. Ita scilicet in omnibus præ Eph. 2. *oculis Christum habes*, in quo, *vt Apostolus ait*, omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum, in Domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu sancto. *Hoc igitur præcipuum tibi studium, hæc iugis & paterna sollicitudo, vt, quanquam pulcrâ & elegans occurrat aspectibus hominum* Elnonensis *Asceterij amplitudo, maior tamen in oculis Dei de Cænobitis tuis appareat animorum pulcritudo. Conseruet tibi Diuina bonitas & augeat spiritum illum, & quod omnes tibi adprecantur boni, largiatur ætatem annosque* N*estoreos, vt ea quæ felicibus auspicijs incohata sunt, eadem per te felicitate ad perfectum deducantur.*

cantur. Applaudent Belgæ, gaudebunt Flandri, domumque illam morte ac glorioso primarij sui Apostoli S. AMANDI sepulcro nobilem, primum Diuinis virtutibus, exterioribus dein ijs ornamentis sic efflorescere gratulabuntur. Id vt omnium bonorum, ita meum inprimis votum est, quod vt huius inscriptione Voluminis Amplitudini Vestræ manifestum euadat, & eam pro sincero obseruantiæ in Te meæ argumento accipiat animitus rogo. Fateor, in re non magni momenti adfectum testor, in ea etiam vereor (vt mi neque omnia allatrare & arrodere quidam maleuoli solent) quæ obliqua iudicia patietur. Sed candori tuo, uti spero, probabitur, & sub patrocinio tuo tutus a mordaci Zoilorum dente conatus hic noster minus lædetur. Laudabunt etiam hæc Studia nostra Theologi, vituperabunt Theologastri (qui sicut herbæ minus felices facili passim & copioso germine pullulant) sed vt illorum Iudicia veneror: ita strepitum & inanes horum cauillos contemno: qui facili quorundam Antistitum fauore ad sacros honores promoti, cum quæ sit diuersitas mutui & commodati, in quo simoniæ & vsuræ malitia sit, quæ nuptias impediant, quæ dirimant, quando quis ex attrito fiat contritus, & alia quædam apud tyrones & sacræ militiæ candidatos distinguere possunt, se immane quoddam de Theologicis rebus sophos hausisse, & penitissima cælestis disciplinæ arcana penetrasse, arbitrantur. Homines cætera inepti, & dum Viros præclarâ variarum artium eruditione conspicuos,

in ſacra Hiſtoria, in Eccleſiaſtica antiquitate, in SS. Patrum Scriptis, aliiſque tum Diuinis tum humanis Litteris egregiè verſatos contemnunt, nulla laude digni. Vale.



IOANNIS GERSONII
DOCT. CHRISTIANISSIMI
TRACTATUS,

De laude Scriptorum, siue Librariorum; id est, eorum, qui boni Libris solâ transscriptione multiplicandis student, ad Fratres Cælestinos, & Carthusienses,

Ex castigatione F. PHILIPPI BOSQVIERI Cæsarimontani, Minor. Obs. Prou. Flandriæ.

Utrum liceat diebus Festis scribere Libros deuotionis, gratis.

SCrutari *Scripturas exhortabatur olim Iudæos Christus Ioannis 5. *Scripturas* videlicet, *in quibus putabant se vitam æternam habere*, de qualibus loquitur Apostolus 2. ad Timot. 3. quod *omnis Scriptura diuinitùs inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitiâ, vt perfectus sit homo Dei, ad omne bonum instructus.* Et ad Rom. 14. *Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam. & consolationem scripturarum, spem habeamus.* Verùm, quomodò scrutabuntur Scripturę, si non habeantur? Qualiter habebuntur, si non scribantur? Qua ratione scribentur, sine SCRIPTORIBUS? Sunt igitur necessarij SCRIPTORES. Et hoc est, quod hîc & nùnc intendimus suadere, compellente nos ad hoc multiplici, circa SCRIPTORES Librorum vtilium, defectu, quem patitur ætas nostra.

Ioan. 5.
*Edit. Paris. nona habet (Scrutamini)

Et inprimis conclusionem certam statuamus, dicentes: SCRIPTOR *idoneus & frequ.ns librorum doctrinæ salutaris, agit opus bonum de genere suo. Et opus hoc, si*

*Al. (quod) *prouenias ex charitate, est meritorium vitæ æternæ, nec seruile dicendum est*. Vndè protinùs habetur decisio dubii, cuius occasione eudirur præsens Opusculum, *quo quæsi uit quidam de Monachis domûs Carthusiæ; *Si liceat diebus festiuis scribere deuotionis libros, gratis*.

Occasio huius opusculi.

Sed aduertendum in primis, quòd nomen SCRIPTORIS notet peritiam scribendi, cum vsu assiduo vel frequenti: SCRIBA verò dicit Magistrum, in eis quę sunt diuinæ Legis, eruditum, qui & Scrutator vel Conquisitor dici potest, aut etiàm Dictator; quales erant Scribæ Iudæorum; qualis *Esdras, Scriba velox & ingeniosus in Lege*; quales apud Christianos Theologi Doctores, seu Theologię Professores, de quibus nõ erit principaliter sermo pręsẽs, sed de SCRIPTORIBVS quasi mechanicis & manualibus librorũ. Et hi sunt in multiplici differentiâ, penes eruditionem maiorem vel minorem circa scripturam, quam transferunt ex inspecto exemplari libro, vel quam de pronuntiantis ore suscipiunt, sicut Baruch, de ore Ieremię, scripsit omnes sermones eius.

1. Esd. 7.

Ierem. 36.

* Ex Parif. nou.

Sunt, qui simul sunt Dictatores(*&) SCRIBAE, & SCRIPTORES. Talis laudatur fuisse Diuus Ambrosius libros scribens, *(*quos*) dictabat.

* Parif. no. Vetus lectio (*quando*)

Sunt alij, gradûs infimi, nullum penitùs habentes intellectum eorum quæ transscribunt, quos quasi* Pictores appellamus.

*Huc spectat, qui dicit *Scitè pingit*, vice huius; *benè scribit*

Sunt nonnulli, tanquàm medii gradûs, quibus apertus est satis sensus eorum quæ scribunt, saltem Grammaticaliter, seu literaliter, quales olim fuerunt (& adhùc esse feruntur) in Religionibus approbatis, atque in Vniuersitatibus & Studiis rationabiliter institutis. Et de talibus loqui præcipua nùnc est intentio; nequaquàm alios secludendo, qui vel sunt magis*aliquid quàm SCRIPTORES, vt primi, vel vt secundi, qui parùm sunt, ad fructum*suæ scripturæ capessendum (*idonei.)

* Sustulin hinc (ad) cũ Parif. n.

Parif. n. sic. Vetus autẽ (*sacra*)

Quibus prænotatis, vt lucidior & breuior esset ordo dicendorum; patet statim*hæc nostra conclusio, scientibus, Quid est opus bonum de genere: Quid opus meritorium vitæ æternæ; Quid opus seruile.

* Additum ex Parif. n.

* Ex Parif. nou.

Verumtamen, placet eam, per comparationes aliquas, in subsequentibus duodecim Considerationibus, ampliando monstrare, quas metrum triplex comprehendit.

VERSVS (sed paululùm leuigati.)

1. *Prædicat; atque* 2. *Studet* SCRIPTOR, 3. *Largitur;* & 4. *Orat;*
*Fértque 5. *Crucem;* 6. *Sal dat;* 7. *Fontem;* 8. *Lucémque futuris*,
**Castra Dei* 9. *Ditat;* 10. *Armat*, 11. *Custodit;* 12. *Honorat*.

* Sustuli (*Affligitur*) causâ quantitatis.

CON-

CONSIDERATIO PRIMA

Quòd SCRIPTOR *Prædicat.*

I. PRÆDICAT.

SCRIPTOR idoneus & frequens librorum doctrinæ salubris (sic enim semper infrà loqui volumus, & intelligi) *prædicare* dici potest.

Certé, si lingua silet, manus prædicat, & fructuosiùs aliquandò quantò scriptura venit ad plures vberior, quàm transiens sermo.

Nec obuiamus dicto Hieronymi, quòd *habet nescio quid latentis energiæ vocis actus, & in*aures discipuli, ex Doctoris ore, transfusa, fortiùs sonat*, Sed inuenies aliquos eruditissimos, fatentes, se plura didicisse, scripta studendo ruminandoqúe secùm, quam per Doctoris auditum: qualem se fuisse videtur Bernardus gloriari [1], dicens, *Magistros suos fuisse, quercus & fagos*, procùl dubio non sine præuiâ, vel comite, lecturâ librorum.

Adde; quòd, inter Prædicatores, sunt multi tanquàm nudi pronuntiatores eorum, quæ sumunt formaliter in scriptis: qui si mereri possint aureolam Prędicatoribus debitam; cùr non similiter SCRIPTOR noster, cui potest adesse (&*adesse supponitur) non impar animarum saluificans zelus scribendo, sicut alteri loquendo?

* Al. *(Ecclesiam)* non iustę quātitatis.

D. Hieron. Epistola ad Paulinum. Presbyterum, de omnibus diu. hist libb.

* Paris. n. *(aurem)*

*Paris. n. *(adest, vt supponitur)*

NOTVLÆ ET PALEÆ.

*1. *Antigonus* Rex Syriæ dicere solebat, se à libris accipere, quod à nullo amicorum rescire posset. Notum enim illud: *Charta non erubescit.*

CONSIDERATIO SECVNDA.

Quòd SCRIPTOR *studet, legenti & dictanti similis.*

2. ATQVE STVDET.

SCRIPTOR huiusmodi, scrutanti studiosé, vel legenti doctrinaliter, vel etiàm dictanti, non est vsquequaque dissimilis. Colligitur ex præcedenti deductio præsentis Considerationis, quo ad legere vel dictare: quià nedùm pro morulâ temporis exiguâ, sed in annos decem, centum, mille, scripturam durare continget, in se vel per multiplicationem exemplarium ab*eâ scriptorum: legentibus autem atque dictantibus, si defuerint auxilia SCRIPTORVM, cùm memoria sit labilis,*obrepat protinùs obliteratio dictatis, aut de lectis obliuio.

Adde; quòd salubriora sunt plerumque scripta Veterum, (qualia SCRIPTOR noster elegit) quàm dictamina Nouellatorum; non quòd improbemus nouos Dictatores, quales assiduè coguntur assurgere, tùm propter alterationem*variam gustûs spiritualis, cupientis nùnc hanc, nùnc illam escam verbi cælestis; nùnc omnem penitùs abominantis; tùm verò propter dubitationes nouiter emergentes, iuxta qualitates personarũ, temporum, aliarumqúe circumstantiarum, quæ numquàm plenè totas se præbebunt, cùm sint absque numero variabiles.

* Paris. no. *(eo.)*

Paris. no. *(obrepet.)*

* Sic Paris. n. Vetus habet *(vagā)*

variabiles: Exemplum de Medicis & morbis. Non enim sufficiunt eis libri; quantumlibet ex arte compositi, sed oportet variare *Receptas; quales velle simùl omnes tradere, esset, prout Auicenna notat, inexplebile. Prodest mihilominùs apud Rempublicam non mediocriter, reseruatio talium particulariter dictatorum, sicut contra morbos corporum, sic aduersus pestes animorum: quod vtique facit SCRIPTOR.

*Receptas; vocat singularia Medicorum præscripta, huic aut illi morbo curando.

Porrò, scrutationem studiosam non omni scribenti tradere possumus, sed scientifico, cuius memoria firmiùs retinet ea quæ scribit, quàm alia, si vult intendere, tùm propter immorationem; tùm, quià

Horat. in Arte.

Segniùs irritant animos demissa per aures,
Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus, ait Flaccus.

Accipit ex hâc radice suæ traditionis originem Ars memoriæ, cuius meminit Cicero. Redditur insuper ratio, cùr expediat studiosis abbreuiationes sibi conscribere, certisque notulis insignire puncta memoratu digniora.

Cic. lib. 2. de Oratore. Quales multas excudi curauit Bosquierus, in tabellâ æreâ, ordine 5. vocalium. Psal. iij.

TERTIA CONSIDERATIO.

Quòd SCRIPTOR *noster largitur, miseretur, & commodat.*

3. LARGITVR.

SCRIPTOR noster *largitur*, *miseretur*, *& commodat*. Tres esse partes Satisfactionis, Theologi tradunt. Vna, est Eleemosyna, de quâ præsens est Consideratio. Altera, est Oratio: Tertia, Ieiunium, de quibus erit Consideratio sequens. Quis (oro) dubitauerit, quin SCRIPTOR qualem loquimur, sit largitor Eleemosynæ multiplicis, nedùm temporalis, ad sustentationem sui, suorúmque Fratrum, seu domesticorum? Est enim lucrosa non parùm ista Ars. Tenebit insuper locum Eleemosynæ spiritualis, ad opitulationem animarum, nùnc aduersus errores & scrupulos, per eruditionem doctrinalem atque consilij; nùnc ad consolationem salutarem. Fallor, si non ità misericordiam receperunt Ionathas cum cæteris Iudæis 1. Machab. 12. dicentes, *se habere solatio sanctos libros; ideò nullo indigere*, Consonat Apostolus vbi suprà ad Rom.

Al. (*quoniam*) París. no. (*de quo.*)

Sustulicum París. nou. (*modo*) Al. (*Ollandiam.*)

Sût adhùc (vt accepi) nonnulli professores Regulæ Beatissimi Augustini. quos Canonicos Regulares appellamus, apud *Hollandiam, quorum labor scribendi pascit eos temporalibus subsidiis, de pretio librorum, remanentibus apud se plurimis, ad spirituale solatium. Tales iure dixerimus *beatificos a Prophetâ: *Labores*, inquit, *manuum tuarum quià manducabis: beatus es*, hìc in spe; *& benè tibi* tandem, *erit* in re. *Vxor tua*, mysticé diuina Sapientia, vel Religio tua, vel cælestis Gratia, *sicut vitis abundans*, *in lateribus domûs tuæ* quæ est Ecclesia, vel Conscientia, *Filij tui*, literaliter Professores, & Scriptura: moraliter, Opera tua, *sicut nouellæ oliuarum, in circuitu mensæ Domini*, *quæ paratur aduersus eos*, dæmones & homines, *qui tribulant nos.* Compara nùnc (si potes) aliorum quorumdam

* Fortè (*beatificatos.*) Psal. 127.

* París. n. & Vetus

dam Ecclesiasticorū multiplicata super numerū Instituta, *siue in Orationibus vocalibus, siue in Eleemosynis corporalibus, istorum pauperi, nec iàm pauperi, sed diuiti, simplicitati. *Fuerunt (an adhùc sint, nescio) Sanctimoniales in hoc opus dedicatæ, sicut olim Origeni, pro trasscribendis operibus suis, nedùm Notarios, per diuites sęculares, sed puellas sex in scribendo peritas, datas esse legimus.

exemplar habent vtrobique (*sint.*)
* Paris. p. (*Fuerint.*) Vide vitam Origenis vet. edit. Hic addita vox (*legimus.*)

Vndè (quæso) tot genera Bibliorum, tot Doctorum volumina, quæ modò supersunt in Ecclesiâ, si non ex SCRIPTORIBVS in Religione degentibus, quorum ad præsens vix vllum super est vestigium;

NOTVLÆ, ET PALEÆ.

*1. D. Bonauentura Balneo-Regiensis, Cardinalis, *dùm in* Ordine Minorum *priuatus esset* (ait Volaterranus) *ne gratis victitaret, sacros aliquos libros scriptitare solebat, ac Custodi tradere, mercedis loco vanundandos.* Raph. Volaterr. lib. 21. Antropolog. fol. mihi 218. b. F. Petr. Rodulphius lib. 1. Hist. Seraphicæ Relig. fol. 94. post Volaterranum. Et vt res fidem habeat; *Extat etiàm* (inquit Rodulphius noster) *Biblia conscripta manu D. Bonauenturæ, in Conuentu Balneiregij apud Fratres.* Rodulphius vbi sup.

Hieronymiani olim vocabantur *Fratres de pennâ*, ab hac arte. Leodij.

*2. *Crediderim* facilè, Illustrissimum Alnense Monasterium olim abundâsse eiusmodi SCRIPTORIBVS, à copia illâ tantâ librorum M. SS. quam habent quantam nusquàm alibi hactenùs vidisse mihi contigit, quorum Indicem iampridem ordinaui, & edi curaui. Et ô, Faxit Deus! vt R. Dom. Abbas Edmundus Iouuentius Mæcenas cum primis meus, quemadmodum ad miraculum vsque auget Bibliothecam publicam libris impressis; sic eamdem illis alijs, id est, Manuscriptis minuat, imò exhauriat, in lucem scilicet illos edendo, aut edi procurando. Nàm, vt edat vnus ipse suo sumptu M. SS. suos omnes, fieri non potest; nisi ærario, imò toto Monasterij patrimonio, exhausto.

Imitentur & alij.

Hoc, EDMVNDE, *tui votum completo Philippi.*

*3. *B. Ger.* cognomento Magnus Dauent. *cùm Diac. per Traiect. Diœc. vrbes prædicaret, multósq; ad pietatē traheret, Dauent. SCRIPTORES habuit, qui Patrū libros pretio describebant.* Natales Sanctorum Belgij, ad 20. Aug. annotat. 3. fol. 177.

Gerardus Dauentriensis.

*4. *Bone.* Deus! quanta olim Manuscriptorum copia fuit, in vnico Benedictinorum Monasterio, seu Noualesii seu Nęualesię (nàm vtroque nomine lego apud nobilissimum scriptorem F. Leandrum Albertum Dominicanum) & quidem sito inter saxa & præcipitia Alpium, & Ordine ipso pubescente, ne nascente dicam! *Leander Albertus, in Descriptione totius Italiæ, de Lombardiâ Transpadanâ, tit. (Taurini) pag. mihi 709.*

Nàm quidam Naualesij in Taurinis Abbas, aliquandò, anno scilicet Christi 531. D. vero Benedicti 52. metuens sibi à Saracenorum grassatione, inter pleraque alia multa, etiàm 6700. volumina librorum (ô thesaurum omni æstimatione maiorem, præsertim illo tempore; vagiente penè adhucdùm in

Sex milia septingenta.

cunis illo benedicto Benedictinorum mihi semper colendorum Ordine, & illo loco, in Cœnobio inter rupes Alpinas abstruso!) conatus est in locum quàm potuit tutissimum à Barbaris illis transferre & recondere: Manuscriptorum (haud dubié) omnium: (Nàm, quâ ætate ea res contigit, nondùm vel solum nomen Typographiæ fuerat auditum.) Quâ vel vnâ ex re, videre est Benedictinorum iàm tùm: vel in emendis M. SS. vel in scribendis libris (quod magis reor) miram diligentiam, otij fugam, & scientiarum studium incredibile. Sed malum! Ex illâ tantâ librorum M. SS. copiâ, quingenti tantùm seruati fuisse memorantur, & quidem valdé ægrè vel subducti, vel extracti è manibus Maurorum illorum Barbarorum. *Dom. Antonius Yepesius, Abbas Vallisoletanus, tomo 1. Chronicorum Ord. S. Benedicti, ad annum Christi 531. S. Benedicti 52. cap. 2. pag. 159. edit. Gallica in 4.*

j. Manuscriptorum.

QVARTA CONSIDERATIO
Quod SCRIPTOR *orat.*
4. *ET ORAT.*

SCRIPTOR noster orat. Habet oculus nuntius cordis orandi materiam sibi ministrare: quamuis nihil obsit, quin vocalis quandoque possit inseri oratio, vel canticum suaue, dùm scribitur. At verò satis est, implere SCRIPTOREM nostrum monitionem Apostolicam, *quòd psallamus, & cantemus in cordibus nostris Domino:* quod frequenter eò liberiùs implere valet, quò solitudine quadam vberiùs fruitur. Puto, palàm mihi fieri, quòd SCRIPTIO vel SCRIPTVRA est opus Dei, opus religiosum, non minùs sæpè, quàm vocis exaltatio in Canticis Ecclesiæ. Potest subindè vnum compensari per alterum: quandoque salubriùs, quàm temporalis administratio, ab Ecclesiasticorum officiorum frequentatione, saluat, & absoluit. Crediderit proindè SCRIPTOR noster, & pietate iugi recogitauerit *toties Deum, Sanctosque Angelos, secùm esse: *toties scriptores sacros ipsum alloqui, *toties Christum sibi blanda quædam oscula consolationis dare, *quoties eorum dicta salubria conscribit, quæ mediatè vel immediatè dispensârunt: cui dignitati, quæ potest merces alia temporalis æquari; Quis prohibet talem aliquem, contemplatiuum & esse simùl, & dici; Contemplationem itaque, lectio, quę scribendo fit, non impedit, sed pascit.

Ephes. 5.

* Paris. no. (*totiens*) * Paris. n. (*totiens*) * Paris. n. (*totiens*) * Paris. n. (*quotiens.*)

QVINTA CONSIDERATIO.
Quòd SCRIPTOR *fert Crucem, seu affligitur.*
5. FERTQVE CRVCEM.

SCRIPTOR noster affligitur, in quo Ieiunij vicem tenet. Ieiunium prout est tertia pars Satisfactionis, extenso nomine, dicitur à Doctoribus omnis affli-

afflictio corporalis, assumpta voluntariè, pro domatione carnis, vel vice Satisfactionis, que fit per dolorem: quemadmodùm pars altera, quæ dicitur Oratio, concludit omnem mentis eleuationem in Deum, cum humili subiectione & obedientiâ. Eleemosynam verò prętendunt ad omne subsidium, proximo misericorditer impensum. Consonat votum Paupertatis, Eleemosynæ: votum Obedientiæ, Orationi: votum Castitatis, Ieiunio, seu corporis edomationi: quæ taliter elucidata, mòx perspicuam faciunt hanc Considerationem, cum duplici præcedente.

Nullus itaque negauerit, laboriosum esse SCRIBENTIS exercitium, Acceptet igitur illud in Pœnitentiam, seu Satisfactionem, pro suis alienisquę delictis: sic enim directio spiritualis oculi, reddet laborem suum, nedùm vno hoc modo laudabilem & meritorium: sed tot modis quot intentiones bonas adducet, ad decorationem actûs sui: nominatim, iuxta Considerationes duodecim; quas sub SCRIPTVRæ prçconiis, aperimus.

Ex Parif. n. Vetus habebat (&) Paris. n. (reddit)

Iunge: *quòd in foro Pœnitentia potest iste labor, ad satisfactionem Sacramentalem imponi:* quem laborem si nullus imponit hominum, imposuit sanè Deus ab initio, cùm dixit Adæ& posteris, *In sudore vultûs tui vescêris pane tuo.*

Nota. Genes. 3.

Porrò*: qui in labore hominum non sunt*, non intumescant, sed timeant, ne cum dæmonibus affligantur. Scripsit egregium volumen Augustinus de opere Monachorum, quod totum potuerat ad rem, quæ nùnc agitur, traduci: quoniã si Monachos oportet operari: quale dabitur opus aliud suę Professioni nedùm minùs aduersum, sed amplius promotiuum: attento, quod non omnes idonei sunt ad difficiliora, qualia sunt Prædicatio, vel Lectio doctrinalis? sed neque Missarum obstat celebratio, quam finit hora breuis.

Psal. 72.

Neque prætereà valet excusatio desidiæ nonnullorum, dicentium (imò quasi gloriantium) nescio scribere. Discant, discant: neque verecundentur, vel desperent; quoniàm ---*Labor, omnia vincit*
* *Improbus, & duris***vrgens in rebus egestas*, ait Virgilius (Gallicè,) *Besoin fait vieilles troter:* id est, Latinè; Necessitas facit vetulas currere. Qui se dicit egere, cùm sibi possit, faciendo quod in se est, prouidere, *si mendax, si * fictus est, Lector diiudicet.

*Vetus habebat (*veniens*) Virgil. lib. 2 Georg. * Al. (*vielle.*) * Sic in Paris. n. Vetus habebat (*si mẽdax, si siccus est*)

NOTVLÆ ET PALEÆ.

*I. *Thomas Kempisius multùm scriptione pollebat* (ait Scriptor vitæ ipsius.) *Supersunt adhùc vniuersa Biblia, in quatuor Tomos dispartita: præterea ingens liber, quo Sacerdotes in Sacris vtimur.* (Missale, quod vulgo vocant, opinor, intelligit:) *tùm aliquot Bernardi opuscula, præcellenti arte & magnâ industriâ à Thomâ conscripta........ Supersunt etiamnum hi ipsi libri Auctoris manu conscripti* & loquitur ibi de libris Imitationis Christi.

Tachygraphos & Calligraphos vetustas habuit; illos, qui scribendi celeritate

viuam vocem fermè exæquarent: hos, qui nitidè literas calamo exararent. Primatum obtinent ii, quos *Antiballontas* Strabo nominat, qui magnâ diligentiâ & religione scripta conferebant, ab archetypo ne latum quidem vnguem discedere ausi *Hadria. Iunius Adagio*, (Tenedia tegula) *inter Chiliades Erasmi, col.* 1075.

*2. *D. Hieronymus in Galliâ multos sacros libros suâ manu discripsit* Breu. Rom. xxx. Septemb.

De D. Bonauenturâ nostro, iàm iam diximus.

Demosthenes octies Thucydidem fertur scripsisse: Cicero integrum Proœmiorum librum, ex variis Oratoribus, sibi concinnâsse.

Dom. Nicol. Faber, Ludouici xiii. Gall. Regis Preceptor, vndecumque poterat, vetera M. SS. incredibili diligentiâ & sumptu, colligebat. *P. Ioa. à S. Francisco, Ordinis Fulliensium Generalis, amicus meus, orat. funebri in ipsum Nicol, fol.* 32. *B.*

Cicer. lib. 1. Offic. pag. mihi 57. edit. Plantini. *Neque solùm viui atque præsentes, studiosos discendi erudiunt, atque docent (Philosophi) sed hoc idem etiam post mortem, monumentis literarum, assequuntur.*

*3. *Scribimus indocti doctiq; poëmata passim.*

Horat. lib. 2. Epp. Ep. 1.

Tenet insanabile multos
Scribendi cacoëthes, & ægro in corde senescit.

Iuuenal Sat. 7.

Cicero 2. de Finibus. *Si delectamur cùm scribimus: quis est tam inuidus, qui ab eo nos abducat? sin laboramus, quis est qui alienæ modum statuat industriæ?*

Thomæ Kempisii effigies ostenditur, cum hoc insigni Symbolo: *In omnibus requiē quæsiui, sed non inueni, nisi in hoexkins, ond boexkins,* hoc est, *in abditis recessibus. & libellulis,* F. Franciscus Tolensis, in vitâ Thomæ à Kempis.

SEXTA CONSIDERATIO.

(*Quòd* SCRIPTOR *sal Sapientiæ tribuit.*)

6. SAL DAT *posteris.*

Rom. 12. SCRIPTOR noster posteris sal sapientiæ administrat. Iubet Apostolus, *esse nostrum rationabile obsequium*, conformiter ad figuram Legis præcicipientis,
Leuit. 2. *in omni sacrificio sal apponi.*

Matth. 5. Videat autem SCRIPTOR, ne suum *sal infatuet*, vel sibi, si ei non sapuerit; vel, aliis, si corruptum, per ineptias scribendi, reddederit; quales verè protulit ætas nostra plurimos, quorū mendosa fuerunt adeò volumina, vt consultius fuisset, nulla, quàm talia, ministrari, cùm literis inconditis, sine lege, sine sensu vel ordine; adeò quidem, vt Auctori proprio, seu Dictatori, non intelligbilia redderentur, quantumlibet introspecta. *Hanc existimant aliqui, non minimam tribuisse iacturam studiis, ac Vniuersitatibus nostræ tempestatis. Dùm quilibet admittebatur ad scribēdum, non probatus, non cognitus; exemplaria quoque daban-

*Fortè hic deest vel (*ineptiam*) vel simile quid.

dabantur incorrecta. Quidni multiplicior corruptio sequeretur, iunctâ TRANSCRIBENTIVM vel inertiâ, vel ignorantiâ ?* Si dantur Visitatores in artibus mechanicis, ne fraus committatur in operationibus, vt in pannis, *in pane, vel cultellis, & cæteris: quis dignè tulerit, OPVS PRETIOSISSIMVM expers esse Visitationis, ne corruptio sua serpat iugiter in deterius?

* Paris. n.) & vetus Exemplar (Sed)
* Paris. n. inserit (vel.)

Sic 1. olim apud Sanctos Patres habebatur electio super SCRIPTORIBVS, nec passim admittebatur indoctus, vt doctus: sed, vsq; ad punctorum formationē, qui 2. lucem dant magnam legentibus, examen habebatur.

Prisci Doctores, nominatim Irenęus (si non fallit memoria) subiungebant, in Opusculorum suorum fine, terribilem diuini nominis obtestationem, vt Scripta sua correctè transscriberentur, & per posteros ità fieri suaderent: alióqui (iuxta Hieronymum) quis, vel scripsisse, vel emendâsse, fructus essent?

NOTVLÆ, ET PALEÆ.

*1. *Sciendum est quoque, Legem fuisse latam, vt nullus aliquid componeret, niprius ad Ædiles accessisset, & scribendi veniam (cùm illi priùs* SCRIPTORIS *vires perpendissent, mòxque, secundum ingenij capacitatem & doctrinâm, dabant componendi potestatem) impetrasset. Deindè, præerant recitandis, & recitata emptitabant: de quâ Lege Virgilius intellexit in Buc.* Ludere quæ vellem, calamo permisit agresti: *id est, ne excederem à stilo agresti, vltra Legem, & veniam impetratam, donec essem maturus ad altiora reponenda &c.* Sic. Ioan. Scop. inter Commentarios Seruij, & Pomponij Sabini in Virgilium (& ipse suos habens) ad primam Eclogam Buc. eiusdem Virg.

Nauem agere ignarus nauis timet. Abrotanum ægro
Non audet, nisi qui didicit, dare. Quod Medicorum est.
Promitūt Medici, tractant fabrilia fabri. Horat. epp. lib. 2. ep. 1. ad Augustum, Idem ibidem. *Sed veluti tractata notam, labèmque remittunt*
Atramenta: ferè SCRIPTORES *carmine fœdo Splendida facta linunt.*

Vt Pictorum aut Statuariorum quorundā ineptia, & artis professę mera inscitia, Sacras Diuum Diuarumq; in templis Imagines; aliòqui reuerendas, aliquandò reddit minus venerandas, ne dicam ridiculas; sic imperiti Librorum SCRIPTORES, nonnullos reddunt minùs vendibiles, ac ferè contemptibiles.

Hinc meritò laudatur Alexander magnus, qui aliquandò.

Edicto vetuit, ne quis se, præter Apellem,
Pingeret: aut alius Lysippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum simulantia. Horat. epp. lib. 2. Epist. 1. ad Aug.

*2. *Dom.* Libertus Houthemius, Hieronymianus Leodiensis, ex sodalitio olim *Fratrum de pennâ* dictorum, Poëta Laureatus, meus piæ memoriæ in Houdano Montensi Præceptor, dicere solebat, *Bonam distinctionem habere vicem Commentarij:* cui addo: *Bonam distinctionem & dispunctionem, esse* SCRIPTORIS *intelligentis notam.*

SEPTIMA CONSIDERATIO
Quòd SCRIPTOR *fontem ministrat.*
7. DAT FONTEM

Ioan. 4. Eccli. 1. * Vetus (*vita* Ierem. 2. Cant. 4. *Paris. n. (*pauciores*) malè *Paris. n. inserit (*hoc*) mel. fortè (*hinc.*) *Fortè mel (*vitiũq; ne*) Prou. 9.

SCRIPTOR noster posteris aperit *fontem aquæ viuæ, salientis in vitam æternam*. Intelligitur hoc, non vt Auctor principalis, qui solus Deus est, sed vt ministrator Nàm *fons* * *Sapientiæ verbum Dei in excelsis* Nonnè Libri salubres, quales, intendimus, sunt, non *cisternæ* quidem *veteres & dissipatæ*, sed, *fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano*, qui candidatio nuncupatur? Cui Sapientię fonti quantò proximiores sunt riuuli scientiarum, tantò *puriores salubrioréſque credideris illos, Quo contra, dùm per terras in longinquum riui scientiarum dilabuntur, non retinentes virtutem & gustum fontis originalis; scito, quòd *de facili limum* viscùmque cõtrahunt, vndè vermes pestilentes, vt ranæ, bufones, colubri geniti repunt, & potantes inficiunt, aut perimunt. Bibe igitur, ô SCRIPTOR, de aquis tuis viuentibus, venientibus de Libano, prior. Et ne dixeris cum Hæreticis, *aquæ furtiuæ dulciores sunt*, sed omnia palàm & in luce clarescant, pro quô sit sequens consideratio.

OCTAVA CONSIDERATIO.
Quòd SCRIPTOR dat Lucem.
8. *DAT LVCEM.*

Psal. 118. Tob. 5. Iac. 1.

SCRIPTOR noster lucem sequitur, & eam posteris administrat. Lex Dei, *lux est, & lucerna. Lucerna pedibus meis verbum tuum*, (ait Psalmista Domino) *& lumen semitis meis*. Sed oportet ipsi gaudium sit, qui delectabile lumen oculis inspicit quotidiè. Neque habet, vt Tobias, conqueri: *quale mihi gaudium erit, qui in tenebris sedeo & lumen cœli non video?* Videt planè lumen cæli SCRIPTOR noster, quod est Verbum Dei *descendens à Patre luminum*, dùm alij accumulant super se terram instar talparum, defossi tenebris secularium, vel literarum, vel operationum. Gaudeant pueri, tales habuisse parentes, vel Magistros, qui talibus eos artibus salubria scribendi voluerunt instruere. Gaudeant, qui talentum artis huiusmodi susceptum, non ignauiter infodere, sed, vt lucernam & lucem, strenuitate diligenti conantur præsentibus & futuris ostendere. Vide, *homo homini, & ars arti quantum præstat*, & præfertur, deditus scilicet ad salutaria spiritualiaque,* præ deditis aut impulsis ad noxia, quæ vel auaritiam nutriant, vel ad flagitia * pertrahant, non distrahant à peccatis.

*Al. (*delictis.*) *A. (*præ derelictis.*) *A. (*protrahant.*)

Denùm; collige tecùm, SCRIPTOR noster, quale sit tibi donum Dei, posse frequen-

frequenter emergere de tenebris mundanorum hominum, cum actibus suis teterrimis, in seditionibus, in bellis, in contradictionibus. Emergere dixerim, per * oblectationem animi dùm lucidis & tranquillis actionibus mens occupat se. Nàm vbi locus esset in corde tuo tenebris, quod lux scripturarum attentione * sui complet? Quâ in re non paruum accipit fructum SCRIPTOR, quamuis illiteratus, non minùs crebrò, quàm homo non intelligens Ecclesiæ Canticis occupatus. Sensit hanc lucem Augustinus* obediens cœlesti oraculo, *Tolle, lege; Tolle, lege;* * nàm, coniectis in Scripturam Apostoli oculis, mox depulsæ sunt ab eo dubitationis tenebræ, luce securitatis infusâ.

*al. (obligatione m) *al. (sua.) * Hinc expuncta vox (dum.)

Itaque dici non potest, * quàm multiplex olim & quotidiè lucis splendidæ fulgor irradiet legentes in Scripturis, quas haberi non posse sine SCRIPTORIBVS quis nesciat? Præsto sunt vbilibet scripta tibi, si volueris; verba non æquè. Vides in illis defectus tuos, tanquàm in speculo, sine verecundiâ vel pudore cuiusquam inspicientis, vel culpantis. Potes, pro variatione palati spiritualis, nùnc istis, nunc illis scriptorum refici saporibus. Propterea, superuacuam ipsorum multiplicationem quis esse culpauerit? Nonne lautissimam esse conuenit Sapientiæ mensam, multàque ferculorum varietate refertam, * vt sumat vnusquisque, quid, & quantum satis erit, vel vsque ad sobriam ebrietatem spiritûs, ad quam sponsus inuitat charissimos: *Comedite*, inquit, *amici, & bibite, & inebriamini charissimi?* qualis ebrietas non tenebrositatem obtusitatemque, sed luminositatem affert insolitam, & verè diuinam.

*Hic inserta vox (Nã) *Et hic quoque insita vocula (quam) *vox (vt) addita. Canti. 5.

NONA CONSIDERATIO.

Quòd SCRIPTOR Ecclesiam ditat.

*9. * CASTRA DEI. DITAT.*

* Al. (Ecclesia)

SCRIPTOR noster* castra Dei, id est, Ecclesiam ditat. Refertur Augustinus moriens Fratribus inculcâsse, quòd Ecclesiasticam Bibliothecam magno studio (quià magnum sciebat esse thesaurum) custodirent. Quo contra, non habent Tyranni, depopulatores regionum seu Religionum, efficacius machinamentum, quàm si libris ipsas in primis spoliauerint, atque priuauerint. Patuit in Regibus Assyriorum, respectu Ierusalem & Iudæorum. Hoc pridem animaduersum est incommodum cœpisse circa Regnum Franciæ Christianissimum, à quo libri distracti sunt assiduè, etsi non apertâ, tamen occultâ & palliatâ deprædatione, propter lucrum, * apud exteras nationes colligendum; quanquàm neque defuerint apertissimi violentissimiq; direptores. Dicitur in Prouerbio vulgari, *les bons Liures font les bõs Clercs* id est, *boni Libri faciunt bonos Clericos*. Hoc, & aliud Prouerbium, verum est: *Mutatis quoque Libris, vt Politia muteturvno modo vel altero, necesse est.* Hæc ad laudem SCRIPTORVM spectant, quorum

* Additæ voces quatuor, ratione versus. Al. (ad). *Ex Paris. n. addita (& aliud.)

quorum studium est, ad oppositam librorum depauperationem contrarium, ditare scilicet, & populare Libris sanctis.

*Al. (sacros.) Admirabilis fuit ardor habendi Libros *sanctos apud Ptolomæū Regem, qui pretio ingenti comparauit sibi, per Septuaginta Interpretes, translationem eorum. Quò, vtinam! prouocarentur, infidelis Regis exemplo, fideles Pontifices, & Principes Christiani! Fertur huius Regis Libraria quinquaginta milia libros habuisse. Cæterùm, diuitias hîc non accipimus solum in decore librorum; qui tamen additus si fuerit valori spirituali, pretium duplex accrescit, sicut in ornamentis Ecclesiasticis ista laudamus. Sit scriptura laudabilis, pro thesauro, qualis non est in papyris illicò *pereuntibus, vbi dicuntur simùl labor rectè papyreus deperire, cum operâ & impensâ. *Pergamenum durabilius est, quæ conditio *caritatem eius *supra papyrum compensat abundanter.

*Parif. n. (exeuntibus) *Al. (Pergamētum.) *Al. (caristiam.) *Parif. n. (super.)

Sed neque quispiam excusauerit suam in scribendo segnitiem, si nesciuerit literas artificiosè multùm formare. Litera sit legibilis, sit punctuata, sit purgata, qualis est Lombardorum, non inuoluens se tractibus superfluis. Sit demùm sine mendis falsitatis cum Orthographiâ verâ. *Illa sufficit in Ecclesiæ thesauro reponi, quamuis parùm fucati decoris obtineat, nec *tantundem pretij temporalis.

*Parif. n. (Illam.) *Al. (tandem.) *Parif. n. (tantum.)

Non autem oportet ad extremum, vnumquemque similes ad scribendum libros assumere? quemadmodùm non est par in legendis studium. Captat hic ampliùs deuotionem vel gignere, vel nutrire, cui parua satisfaciunt opuscula. Vult alius in altum eruditionis intellectualis ascendere. Tali grandia Doctorum habenda sunt volumina, quorum traditiones ordine doctrinali scrutetur: alioquin rectum in addiscendo deserens ordinem, lætos (iuxta Boëtium) exitus non haberet. Primum, simplicitati claustralium Religiosorum; alterum, magis appropriatum est studiositati Sapientiam, cum Prædicationis officio, profiteri *quęrentium. Tu denique, si non potueris *amplos librorum manipulos ad aream Ecclesiæ reportare; vel paruulos & paucos, immò (si Gregorio credis) vel vnum afferre stude, vt in tabernaculo Domini *non vacuus appareas*, si *solos etiàm *caprarum pilos*, habueris, vel *minuta duo*.

*Parif. n. quærenti. *Al. (Apostolos.) *Al. (solos.) Exod. 23. Exod. 25.

NOTVLÆ ET PALEÆ.

*1. *Illa sufficit &c.* id est, satis digna est talis Scriptura, quę in Ærarium sacrum, & Bibliothecam Ecclesiæ publicam referatur asseruanda. Ideoque non reposui (*Illam sufficit, &c.*) vt Parif. noua editio habet.

*2. *Laudatissimus sanè*, sensu meo, Ille Noualesii Abbas Benedictinus (de quo sup. in Notulis tertiæ Considerationis) cui cum primis curæ fuit, cùm Saracenorum grassatio timeretur, tot libros M. SS. euehere, & in asylum tutius inuehere. *Chron. Ord. S. Bened.*

Satius putem, integram aliquam Bibliothecam librorum impressorum vel rapto vel incendio perire, imò & ipsa candelabra & vasa reliqua argentea,

cum

cum ornamentis Sericis, &c. quàm triginta aut quadraginta Scriptorum alicuius notæ Manuscripta, nondum vsquàm edita. Libri enim semel impressi, si hìc pereant, alibi tamen extant, & redimi pretio possunt, vti & argentea vasa, & ornamenta: Manuscripta autem nunquam edita, semel in fauillam redacta, ferè æternùm pereunt; cùm fieri possit, vt vnicum extiterit Auctoris exemplar, quod ignis consumpserit. De libris impressis aliquamdiù, & iàm distributis, dicere possis illud Nasonis, in Peroratione suę Metam.

Iámque opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.

*3. *Sunt* qui Terentium Comædiarum Scriptorem mortuum scribant, morbo implicitum acri, dolore ac tædio amissarum fabularum, quas in naui præmiserat, ac simùl fabularum, quas nouas fecerat. *Vide vitam Terentii ex Ælio Donato.*

Antisthenes olim cuidam deploranti librum amissum, in quem, quicquid didicerat, retulisset, ità suggessit: *Atqui ista oportuit animo commendare, non chartis.*

Tarquinius, combustis iàm ab ipsâ Sybilla Auctore sex è nouem suis Oraculorum libris, Augurum iusso, mulieri, quantum auri pro omnibus petierat, numerauit, vt reliquos tres iàm solos redimeret ab incendio: & deinceps, (vt mulier pręceperat) illos seruauit diligentissimè, creatis ex numero Nobilium Duumuiris, additis Ministris duobus publicis, qui custodirent. Exactis autem Regibus, Populus Rom. nobilissimos viros eorumdem custodes perpetuos creauit, ab omnibus ideò militaribus & ciuilibus muniis liberos. Capitolio tandem cremato, incredile est, quàm ægrè potuerint hinc indè colligi, nec tamen vel tandem sic, vt non quædam supposititia irripserint, *Vide latiùs apud Dionys. Halicarn. lib. 4. Antiq. Rom. pag. mihi 393. & seq.*

Tarquinius Rex M. Tullium Duùmuirum, quod Librum secreta ciuilium Sacrorum continentem, custodię suæ commissum, corruptus Petronio Sabino describendum dedisset, culeo insutum in mare abiici iussit. *Val. Max. lib. 1. c. 1.*

DECIMA CONSIDERATIO.

Quòd SCRIPTOR *Ecclesiam armat.*

10. *ARMAT ECCLESIAM.*

SCRIPTOR noster Ecclesiam armat. Comparat Salomon in Canticis Ecclesiam *turri Dauid, quæ ædificata est cùm propugnaculis, & mille clypei pendent ex eâ, omnis armatura fortium.* Et Apostolus nominat *verbum Dei,* nùnc *clypeum ignitum;* nùnc *gladium ancipitem & penetrantem;* nùnc *gladium Spiritûs.* Et Psalmista *sagittas potentis acutas.* Quisquis igitur habet Zelum Legis (& habere debet Summus Pontifex præcipuè, cum Prælatis & Clero:) vigilet oportet, hanc Cant. 4. Naum 2. Hebr. 4. Eph. 6. Psal. 129.

super portam stans, Epistolam illam legebat, & illâ die hostes, aut fugiebant, aut pacati cum eis componebant. (Mirabile dictu.)

Et mòx subdit: *Sic fertur olim fuisse adimpletum. Sed, postmodùm illa ciuitas à Saracenis capta fuit, & prophanata, sublato beneficio, propter abundantiam peccatorum in Oriente vndique patefactam.*

Et post pluscula: *Cùm Abagarus (vt in quibusdam libris antiquis legitur) leprosus esset; * Taddeus (Iudas Iacobi) Epistolam Saluatoris accepit, & de eà eius faciem confricauit & statim plenam sanitatem accepit.* Sic R. P. F. Ioannes de Lunâ Ianuensis, Ordinis Prędicatorum, qui claruit anno 1286. in suo Vocabulario, vulgo *Catholicon* dicto, verbo (*Iudas Iacobi.*) Quem Auctorem, ferè libri omnes vocant *Ioannem Ianuensem*: Catalogus verò librorum Manuscriptorum Monasterij S. Ghisleni, vocat *Ioannem de Lunâ*: sed alius nescio quis, *Balbum*, velut proprio nomine aut cognomine appellat, in epistolâ dedicatoriâ Opusculorum Eroticorum seu Amatoriorum Ouidij Nasonis, recenter ex M. SS. editorum, Typis VVolffgangi Richteri, Francofurti, 1610. nomine suo tacito.

*Tattheus legit Eusebius lib 1. hist. Eccles. c. 15. & ait vnum ex 70. Disc. fuisse.

* *Cæterum*, huic historiæ (scio) fidem abrogabunt, quicumque totam Abagari historiam Eusebianam habent pro merà fabula, in quibus est Autor clarissimus, & mihi vnà charissimus, Melchior Canus, lib. 11. locorum Thelog. cap. 6. pag. mihi 543. sed quià Historicorum ille Cæsar Baronius, meus Romę hospes, Cano charior, multis probare conatur, fabulosa non esse, quæ de Abagaro dicuntur, tomo 1. Annal. ad annum Christi 31. pag. 132. sentio, non nimiùm eleuandam, aut exautorandam esse Ioannis Ianuensis istam narrationem; cùm tota ratio facti sit voluntas & potestas Dei facientis.

Addo; quòd, etsi Erasmus Roterodamus Catholicon Ianuensis infamet, & velut de gradu deiiciat, quà Latinitas spectatur; ego tamen, in rebus Theologicis sentio non contemnendum. *Erasmus, Epistolà de ratione studij, ad Christianum Lubecensem. Et in Colloquiis.*

VNDECIMA CONSIDERATIO.

Quòd SCRIPTOR *custodit Ecclesiam.*

II. CVSTODIT.

SCRIPTOR noster Ecclesiam custodit. Opitulatio Scripturarum duplex est aduersus Hęreticos. Vna, vt vincantur: & sic armat. Altera, ne vincant, & sic custodit.

Obiectio 1. Sed nobis talia differentibus mox occurrere videtur animalis homo, & opponere, primò illud Ecclesiastis in fine, *quod scribendi plures libros nullus est finis.* Eccles. 21.

2. Deindè, quòd desunt scrutatores Scripturarum, præsertim deuotarum.

3. Ampliùs; quòd ex lecturâ Librorum, multi susceperunt occasionem errandi, immò & insaniendi, sicut opposuit Paulo Festus, qui dicebat. *Multæ te litera* Act. 26.

tera ad insaniam conuertunt Paule.

Rursus, oporteret libros *ipsis etiam Laïcis & Mulierculis *propinare, vt docerentur per se legendo eos, factâ translatione ad vulgare suum, si non aliter conciperent. 4. * Paris. n. (ipsos) * Forte legendum (proponere)

At verò primum non impedit, vel obliterat laudem SCRIPTORIS nostri. Non enim progreditur in immensum sine fine, sed finem constituit cum Ecclesiaste timorem Dei, cum suorum obseruatione mandatorum: quo fine retento, *nihil nimis*: nec iàm erit pluralitas librorum, sed vnitas. Fatemur, & plangimus, *raritatem esse nimiam in Scrutatoribus Scripturarum deuotarum; sed maior adhùc inueniretur, occasione sublatâ librorum, quos ingerere per SCRIPTORES expedit. Potens est Deus affectibus flammam inurere, cum intellectus allectione, vt perfectionem suam in veri cognitione positam aliquando scrutetur. Cæterùm, nihil est tàm sanctum & salubre, vel pium, quo non contingat abuti. Sic de Libris euenit, quorum non est culpa, neque SCRIBENTIUM; sed scelus est in abusu. Solutio. 1. 2. * Paris. n. (caritati.) 3.

Postremum magis vigere videtur, si non habeat zelus instructionis sanctam scientiã; si contempserit obseruare non violandam Ecclesię Hierarchiã, qua habet, vt inferiores Laici, per superiores Clericos in lege Dei peritos, instructionem accipiant. Nec docere habet publicè nisi missus. Non enim esse dicimus omnium, vel habere, vel scrutari Libros sanctos, illos maximè, qui suam difficultatem petunt explanari, per alios passus, & glossas Doctorum: qualiter agere, nec facultas est ingenii, nec eruditionis commoditas, apud vulgus, *quod *ab ore Sacerdotum oportet Legem exquirere.* Neque tamen arcendi videntur ab opusculis moralibus & deuotis, nullam in se difficultatem, nec ambiguitatem, & absurditatem in translatione gerentibus (cuiusmodi sunt Historiæ, vel Vitæ, vel Legendæ Sanctorum, necnon Meditationes sanctę.) 4. * Paris. n. (quos) Malac. 2.

Translationes in reliquis iure culpantur, plus erroris arrogantis, quam deuotionis humilis, aut eruditionis salubris, materiam propinantes.

NOTVLÆ, ET PALEÆ.

*1. *Profuerit* legere Notas in 5. & 6. Considerationem.

*2. *Libri* Sibyllini quàm religiosè olim à Romanis custoditi fuerint, latè docet Dionys. Halicarnass. lib. Antiq. Romanarum, pag. mihi 393. Iuuerit legere.

DVODECIMA CONSIDERATIO.

SCRIPTOR *honorat Ecclesiam.*

12. HONORAT.

SCRIPTOR noster honorat Ecclesiam. Deducunt hanc honorificentiam præmissæ Considerationes, quæ simùl ostendunt non mediocrem Latrię venerationem, scribendo Libros, constitui. Vndè consurgit ratio meriti ad Deum,

1. Cor. 10. armaturam libris ministratam augere, *aduersus omnem scientiam extollentem sese*, contra Christianam Religionem.

Philip. 2. Sed, heu! quid dicit Apostolus? *Omnes, quæ sua sunt, quærunt, non quæ Iesu Christi:* qui nec opponunt se murum, nec armis spiritualibus induuntur; 1. nec *scriptis, quibus alii se, fidémque dilatent, abundare procurant. Vide, si non charior est hodiè Conscriptor Citationum, quàm Euangeliorum. Mentior, si non pluris emuntur, si non sedulius apud quosdam Christianos † comparantur scripturæ fabulosæ, quam religiosæ: & prophanæ, quàm sacræ; & lubricæ quàm castæ. I nunc, & Ecclesiam, inter has manus, prosperari confide. Si non erat animus, ad *scrutandum*, iuxta Christi iussionem, *Scripturas*; illas tamen multiplicare, reseruaréque, pro necessitatibus & oportunitatibus, æquum erat: non quòd ipsi etiàm Theologi memoriter omnes incorporent: (hoc enim nequaquàm factibile est, vel tentandum, cùm sit consultius paucis ritè digerendis immorari:) verùm expedit reponere, repositásque cogitare Scripturas, velut in summâ quadam, quatenùs, pro loco, & tempore, possint haberi confestim(vt ità loquamur) ad manum, pro Infidelibus vel conuertendis, vel reuincendis: ad erudiendum etiàm, nùnc hoc modo, nùnc illo fideles. Talis sit oportet *omnis Scriba doctus in regno cælorum, similis homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera*, cui parabolicę similitudini nōnè videtur alludere Sponsa blandiens Spōso: *Omnia poma, noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi?*

*Al. scripta.

*Parif. n. comparentur.

Ioan. 5.

Matt. 13.

Cantic. 7.

Offert hoc loco se consilium: Quid per comparationem *ad armaturam Dei* (Quam esse dicimus libros Legis,) sit de armis diaboli, libris reprobis, faciendum? Legat, qui nescit, illud de Actibus c. 19. *multi ex eis qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus, &, computatis pretiis eorum, inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta milium, ità fortiter crescebat verbum Dei.* Simile factum nuper accepimus de libro Magico, æstimationis mille aureorum, qui, vt palmes inutilis, aruit, & arsit. Sic olim * Parisijs in Grauiâ: & nuper in atrio maioris Ecclesię.

Act. 19.

*Al. Parif.

Vtrum vero sit expediens, apud Prælatos & Inquisitores tales aliquos reseruari, propter exemplar condemnationis similium, ipsi considerent. De bonis quidem nulla fit dubitatio, quàndo videmus, præcepto Domini, tabulas Legis in arcâ custoditas fuisse & repositas; quæ custodia cum honore signata est in exemplari vitâ Christi, qui librum Legis, postquam acceperat & legerat, arma pro se contra perfidos, ex Isaiâ proferés, *plicuit librum* reuerenter, *ministro reddens* illum, vt habetur Lucæ 4 capite.

Isai. 61.

Luc. 4.

Morem rursùs esse Iudæis scribit Nicolaus de Lyrâ, non ità sedere altè, quàm altè positi sunt libri Legis.

Scitur insuper de Christianis aliquibus, quòd ipsis par est deuotio ad librum aliquem sanctum, sicut ad Sanctorum reliquias, quem, *vt signaculum, supra cor vel pectus suum ponunt*, osculantur, & stringunt: nec parùm credunt opitulari, dùm

Canti. 8.

dùm in se versant, quod de Euangelio Matthęi super ægros imposito tradunt historiæ cum cęteris.

NOTVLÆ ET PALEÆ.

* 1. *Martyrologium* Romanum 2. Ianuarii, meminit *plurimorum Sanctorum Martyrum, qui, spreta Diocletiani Imperatoris Edicto, quo tradi sacri codices iubebantur, potius corpora carnificibus, quam sancta dare canibus, maluerunt.*

* 2. *Aristotelis* libri duo Metaphysicorum Vulcano dati;& vetitum, sub pœnâ Excommunicationis, ne deinceps describerentur, & legerentur, quòd, ob subtilitatem & obscuritatem, causam erroribus illius temporis dedisse crederentur, anno circiter M. C. LXXXII. *Ægid Corrozetus lib. Antiquit. Paris. c. 12. fol. mihi 67. b.*

Apud Romanos, cùm aliquandò, ab cultoribus agri terram altiùs versantibus, inuenti fuissent libri septem de disciplinâ Sapientiæ tractantes, in arcâ lapideâ inclusi; quià aliquâ ex parte* soluendam & debilitandam religionem pertinere existimabantur; L. Perillius Prætor Vrbanus, ex auctoritate Senatûs, per Victimarios igne facto, in conspectu populi cremauit. Noluerunt enim prisci illi viri quicquam in Romanorum asseruari ciuitate, quo animi hominum a Dei cultu auocarentur. *Valer. Max. lib. 1. cap. 1.*

Archilochi libros mordaces, ob inuerecundiam & obscænitatem, Lacedæmonii ex vrbe tolli iusserunt, autorémque eorum in exilium miserant. *Vide Plin. l. 7. c. 29.*

Pius II. lib. Epp. 1. Ep. 396. *Pythagoram* (fortè mel. Protagoram) *ferunt dicere solitum esse, non liquère sibi, an Deus aliquis esset. Quæ disputatio adeò impia iudicata est, vt ab Atheniensibus autor eius eiectus sit, & libri, quibus ea continebatur, exusti,*

* 3. Quanti S. Barnabas ipse Apostolus fecerit S. Matthęi Coapostoli Euangelium, indè euidetur; cum, quòd illud suâ ipse manu conscripsit; tum, quòd peregrinando illud circumtulit, & ad pectus quidem repositum. Nàm, cùm Barnabæ corpus, Zenone Imperatore. in Insulâ Cypro repertum est, ad eius pectus Euangelium illud, Barnabæ ipsius manuscriptum, inuentum quoque est. *Vide Breu. Rom. 11. Iunij.*

De S. Cęciliâ cantat Ecclesia: *Virgo gloriosa semper Euangelium Christi gerebat in pectore, &c.* Breu. Rom. 22. Nouemb.

Pet. Ribadeneira meminit etiàm plurium miraculorum, mediante Matthęi libro, diuinitùs factorum, sed nullum specificat. *In vitâ S. Matth. pag. 296. col. 1.*

Stupendum planè est, quod de Epistolâ quâdam responsoriâ Christi, ab Abgarum Edessæ Regem missa, refert Scriptor quidam vetusculus, trecentorum scilicet aut circiter annorum, dicens: *Illa autem Epistola Domini nostri Iesu Christi, tanta virtutis fuisse dicitur, quòd, in illâ ciuitate* Edissâ, *nullus Hæreticus vel Paganus viuere valeret, nec Tyrannus aliquis nocere eidem præsumeret. Nàm, si aliquandò gens aliqua, manu armatâ contra illam ciuitatem insurgeret, infans aliquis, super*

Edessa. Eusebio, Al. *noceret eidem præsumere.*

super portam stans, Epistolam illam legebat, & illâ die hostes, aut fugiebant, aut pacati cum eis componebant. (Mirabile dictu.)

Et mòx subdit: *Sic fertur olim fuisse adimpletum. Sed, postmodùm illa ciuitas à Saracenis capta fuit, & prophanata, sublato beneficio, propter abundantiam peccatorum in Oriente vndique patefactam.*

Et post pluscula: *Cùm Abagarus (vt in quibusdam libris antiquis legitur) leprosus esset ; * Taddeus* (Iudas Iacobi) *Epistolam Saluatoris accepit, & de eà eius faciem confricauit & statim plenam sanitatem accepit.* Sic R. P. F. Ioannes de Lunâ Ianuensis, Ordinis Prędicatorum, qui claruit anno 1286. in suo Vocabulario, vulgo *Catholicon* dicto, verbo (*Iudas Iacobi.*) Quem Auctorem, ferè libri omnes vocant *Ioannem Ianuensem*: Catalogus verò librorum Manuscriptorum Monasterij S. Ghisleni, vocat *Ioannem de Lunâ*: sed alius nescio quis, *Balbum*, velut proprio nomine aut cognomine appellat, in epistolâ dedicatoriâ Opusculorum Eroticorum seu Amatoriorum Ouidij Nasonis, recenter ex M. SS. editorum, Typis V Volffgangi Richteri, Francofurti, 1610. nomine suo tacito.

*Tattheus legit Eusebius lib 1. hist. Eccles. c. 15. & ait vnum ex 70. Disc. fuisse.

* *Cæterum*; huic historiæ (scio) fidem abrogabunt, quicumque totam Abagari historiam Eusebianam habent pro merâ fabula, in quibus est Autor clarissimus, & mihi vnà charissimus, Melchior Canus, lib. 11. locorum Thelog. cap. 6. pag. mihi 543. sed quià Historicorum ille Cæsar Baronius, meus Romę hospes, Cano charior, multis probare conatur, fabulosa non esse, quæ de Abagaro dicuntur, tomo 1. Annal. ad annum Christi 31. pag. 132. sentio, non nimiùm eleuandam, aut exautorandam esse Ioannis Ianuensis istam narrationem; cùm tota ratio facti sit voluntas & potestas Dei facientis.

Addo; quòd, etsi Erasmus Roterodamus Catholicon Ianuensis infamet, & velut de gradu deiiciat, quà Latinitas spectatur; ego tamen, in rebus Theologicis sentio non contemnendum. *Erasmus, Epistolâ de ratione studij, ad Christianum Lubecensem. Et in Colloquiis.*

VNDECIMA CONSIDERATIO.

Quòd SCRIPTOR custodit Ecclesiam.

II. *CVSTODIT.*

SCRIPTOR noster Ecclesiam custodit. Opitulatio Scripturarum duplex est aduersus Hęreticos. Vna, vt vincantur: & sic armat. Altera, ne vincant, & sic custodit.

Obiectio 1. Eccles. 21. Sed nobis talia differentibus mox occurrere videtur animalis homo, & opponere, primò illud Ecclesiastis in fine, *quod scribendi plures libros nullus est finis.*

2. Deindè, quòd desunt scrutatores Scripturarum, præsertim deuotarum.

3. Act. 26. Ampliùs; quòd ex lecturâ Librorum, multi susceperunt occasionem errandi, immò & insaniendi, sicut opposuit Paulo Festus, qui dicebat. *Multæ te literæ*

vera ad insaniam conuertunt Paule.

Rursus, oporteret libros *ipsis etiam Laïcis & Mulierculis *propinare, vt docerentur per se legendo eos, factâ translatione ad vulgare suum, si non aliter conciperent. 4. * Parif. n. (ipsis) * Forte legendum (proponere)

At verò primum non impedit, vel obliterat laudem SCRIPTORIS nostri. Non enim progreditur in immensum sine fine, sed finem constituit cum Ecclesiaste timorem Dei, cum suorum obseruatione mandatorum: quo fine retento, *nihil nimis*: nec iàm erit pluralitas librorum, sed vnitas. Fatemur, & plangimus, *raritatem esse nimiam in Scrutatoribus Scripturarum deuotarum; sed maior adhùc inueniretur, occasione sublatâ librorum, quos ingerere per SCRIPTORES expedit. Potens est Deus affectibus flammam inurere, cum intellectus allectione, vt perfectionem suam in veri cognitione positam aliquando scrutetur. Cæterùm, nihil est tàm sanctum & salubre, vel pium, quo non contingat abuti. Sic de Libris euenit, quorum non est culpa, neque SCRIBENTIVM; sed scelus est in abusu. Solutio. 1. 2. * Parif. n. (caritati.) 3.

Postremum magis vigere videtur, si non habeat zelus instructionis sanctam scientiā; si contempserit obseruare non violandam Ecclesię Hierarchiā, qua habet, vt inferiores Laici, per superiores Clericos in lege Dei peritos, instructionem accipiant. Nec docere habet publicè nisi missus. Non enim esse dicimus omnium, vel habere, vel scrutari Libros sanctos, illos maximè, qui suam difficultatem petunt explanari, per alios passus, & glossas Doctorum: qualiter agere, nec facultas est ingenii, nec eruditionis commoditas, apud vulgus, *quod *ab ore Sacerdotum oportet Legem exquirere.* Neque tamen arcendi videntur ab opusculis moralibus & deuotis, nullam in se difficultatem, nec ambiguitatem, & absurditatem in translatione gerentibus (cuiusmodi sunt Historiæ, vel Vitæ, vel Legendæ Sanctorum, necnon Meditationes sanctę.) 4. * Parif. n. (quos) Malac. 2.

Translationes in reliquis iure culpantur, plus erroris arrogantis, quam deuotionis humilis, aut eruditionis salubris, materiam propinantes.

NOTVLÆ, ET PALEÆ.

*1. *Profuerit* legere Notas in 5. & 6. Considerationem.

*2. *Libri* Sibyllini quàm religiosè olim à Romanis custoditi fuerint, latè docet Dionys. Halicarnass. lib. Antiq. Romanarum, pag. mihi 393. Iuuerit legere.

DVODECIMA CONSIDERATIO.

SCRIPTOR honorat Ecclesiam.

12. HONORAT.

SCRIPTOR noster honorat Ecclesiam. Deducunt hanc honorificentiam præmissæ Considerationes, quæ simùl ostendunt non mediocrem Latrię venerationem, scribendo Libros, constitui. Vndè consurgit ratio meriti ad Deum,

qui *honorificat honorantes se*, qui Legem quoque Matris Ecclesiæ sponsæ suæ non dimittunt, sed augere, sed dilataré, sed elucidare contendunt. Quód, si fortè dixerit æmulus, aduersus laudem SCRIPTORIS nostri: Cùr laudetur ille, qui mercenarius est? cuius ad lucrum respicit oculus? Accipiat lucrum, quod suum est, & vadat.

Math. 10 Respondebimus, per Euangelicam & Apostolicam sententiam, *quod dignus est operarius cibo suo, & mercede suâ*. Tantummodò principalis, & finalis eius
1. Timot. 1. 5. intentio, in honore Dei & Ecclesiæ, *in charitate non fictâ*, in suâ demùm, aliorumque perpetuâ salute, figatur, *vt sit finis lucri, sub fine cælesti*, quatenùs non iam duo fines aduersi, sed vnus vtrobique censeatur.

Nonnè SCRIPTOR noster prȩtereà venit honorandus ab omnibus, qui diligunt Ecclesiam, præcipuè qui regimini suo præsunt?

* Parisf. n. (*Sed*) * Sit honor ipse in* *Beneficio*; sit honor, in aliquo insigni *Titulo*; sit in *Largitione Indulgentiarum*, non minùs quàm pro Peregrinatione, vel Ecclesiæ materi-
* Parisf. n. (*beneficiis*) alis constructione; sit in *Priuilegiis* aliquibus: quoniàm, si *duplici honore dignos*
1. Tim. 5. dicit Apostolus, *qui laborant in verbo*, nûquid de SCRIPTO silebimus? Nunquid
* al. (*scriptor.*) Euangelistȩ, nunquid Prophetæ, nunquid Paulus ipse profuerunt? nihil* SCRIPTOR? Nonnè plurimi quotidiè SCRIPTIS ȩdificantur, qui verba non audiunt?

Hoc vnum iniungendum prȩmisimus, vt SCRIPTOR omnis idoneum se præbeat, quatenùs, ab institutis vel instituendis Principalibus Scribis, exemplaria, quæ & qualia sint irreprehensibilia, suscipiat. Sic enim iubet Dominus,
Deuter. 17. Deuteronomii 17. vt Rex sibi descripturus Deuteronomium Legis, exemplar à
Exod. 25. Sacerdotibus accipiat. Et Moysi dicitur: *Fac omnia secundum exemplar, quod vidisti in monte*, quod & Angeli ministrantes obseruant.

Ecce, quanta sterilitas, per Ecclesiasticos, prȩsertim plebanos, Rectores Ecclesiarum, & alios otiosos de Ecclesiâ, proh dolor! inuenitur: apud quos, nec breuissimus tenor vnus habetur diuinorum Præceptorum, nec Sacramentorû nominatio, nec numerus Articulorum. Compelluntur habere Synodalia quo-
Math. 23. dam Instituta; benè quidem, sed *illud oportuit facere, non tamen aliud omittere*.

Deniq; nihil impedit (vt ad principium finis se referat) Libros, seu Tracta-
* Parisf. n. (*vel*) tulos, *seu Codicillos deuotionis scribere diebus Festiuis, habito moderamine, quale sapiens iudicabit in hoc opere, quod vtique non seruile censendum
* fortè melius (*vergens*) est, sed in honorem Ecclesiȩ plus aliquandò * vrgens, quàm multiplicatio vocalis orationis, imò quàm insolens in aliquibus Missarum inculcatio.

* Al. (*vobis*.) Si quid ad extremum* nobis est vel Fidei, vel Consilij, prouideant Superiores, in Vniuersitatibus Studiorum, in Cœnobijs, seu Monasteriis Religionum, in Collegiis Ecclesiarum, maximè Cathedralium, nedùm Librarias habere,
Sic Parisf. n. Al. (*relaxatione*.) sed SCRIPTORES de suppositis suis instituere, *cum relaxationibus onerum cæterorum congruis, aut cum stipendiis opportunis*: quæ vbi deessent, agat nihilominùs SCRIPTOR noster viriliter, pro causâ non infimâ, quatenùs otium vitet, quod

vitia

vitia docet omnia; quod eorum sentina est abominabilis & horrenda. Speret premium, speret, quoniam *merces sua magna nimis erit Deus*, iubens *scrutari Scripturas*, ac proindè scribi, quibus habetur vita æterna, cuius esse participes, tanquàm in Libro suo scriptos, largiatur ipse nobis Dominus noster IESVS CHRISTVS, *Liber vitæ* speciosissimus, Deus benedictus in sæcula. Amen.

Genes. 15. Ioan. 5. Exod. 32. Psal. 68. 138 Eccli. 24. Daniel. 12. Philipp. 4. Apoc. 20. 21.

Ex editione nouâ Parisiensi Operum omnium Eximij Domini & Magistri nostri Iohannis Gersonij.

Finit Tractatus de laude SCRIPTORVM, editus à Christianissimo Doctore Iohanne de Gerson, Cancellario Parisiensi, Lugduni, anno Domini M. CCCC. XXIII. in Aprili.

NOTVLÆ, ET PALEÆ.

THomas Cantiprat. lib. 1. Apum c. 15. *Non enim, secundum discretissimum Augustinum, putandus est otiosus, qui verbo Dei studet: ità nec qui præest in solicitudine. Illis autem, quos oportet esse subiectos, ex otij periculo corporis labor incumbit, vt labor manuum: cordis autem, vt psallere vel legere: vel vtrumque temporibus constitutis.* Vbi & in margine, sequentia posita sunt. *Glossa ordin. ad vers. ps.* 118. *Defecerunt oculi mei, ex Aug.*

D. Thom. 2. 2. q. 91. Art 2. ad tertium. *Nobilior modus est prouocandi homines ad deuotionem, per doctrinam & prædicationem, quàm per cantum. Et ideò Diaconi & Prælati, quibus competit per prædicationem & doctrinam animos hominum prouocare in Deum, non debent cantibus insistere, ne per hoc à maioribus retrahantur. Vndè lib.* 4. *Registri c.* 88. *circa principium, Gregorius dicit: Consuetudo est valdè reprehensibilis, vt in Diaconatus ordine constituti, modulationi vocis inseruiant, quos ad Prædicationis officium, & eleemonsyarum studium, vacare congruebat.*

D. Hierony. aduersus Vigilantium...... *Hæc in Iudæâ vsque hodiè perseuerat consuetudo, non solùm apud nos, sed etiàm apud Hebræos, vt qui in lege Domini meditantur die ac nocte, & patrem non habent in terrâ, nisi solum Deum, totius orbis foueantur ministeriis.*

Qui benè præsunt, Presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrinâ. 1 Timoth. 5.

Apagè ergò SCRIPTORVM impugnatores: Apagè à Christi præsepibus fucorum & otiosorum examina.

Sueton. in Octauio Aug. c. 98. *Vicinam Capreis insulam, Apragopolin appellabat, à desidiâ secedentium illuc è comitatu suo.* Dolendum etiam foret ac pudendum, si quos nùnc Religiosorum Conuentus adeò desides & inertes reperire esset, vt nemo, neq; Scriptor, neque Scriba in eis posset reperiri: & esset cuiquam in morâ, & pretextus non assumendi hoc quoque genus laboris, vel

vel responsum istud Theocriti, qui quærenti, quare non scriberet? dixit: *Quoniam, vt libet, non possum: vt verò possum, non libet:* (Stob. serm. 19. fol. mihi 81. b.) vel pronunciatum istud Horatij,

Scribimus indocti, doctique, Poemata passim, Horat. Epp. lib. 2. Ep. 1.

CÆTERVM; ne quis, lectis hic SCRIPTORVM priuilegijs, viuat liberiùs aut confidentiùs quàm par sit; profuerit legere Flores exemplorum Daurooultij edit. Gall. Bogardi tom, 1. c. 2. Tit. 11. parte 6. pag. 193. de Hugone Folietâ docto Scriptore, post mortem visiliter & dirè flagellato, ob absentiam à Choro, etiàm Superioris permissu. Si Flores ipsos non habes, Lector; vide Speculum Spiritualium, parte 4. c. 21. indè enim hausit Daurooultius. Multa ibi, & miranda, de tanto viro.

Inuideant homines. Solis benè cognita Diuis
Fert precium Virtus indubitata sui.
Dan. H. ad I. Sc. de Epicedio eius in I. Lipsium.

TRactatum hunc Ioann. Gersonis, à R. P. Philippo Bosquiero repurgatum & illustratum, attentè legi, & piâ doctrinâ, & doctâ pietate refertum reperi. Hâc 23. Iulij, Anno 1632.

ANTONIVS GALLANDIVS
S. Theologiæ Doct. Rom.

Placet, imprimatur.

FR. IOSEPHVS BERGAIGNE,
Commissarius Generalis.

AD LECTOREM.

Censendus quicumque Liber, non mole, nec arte
Persius, & Marsus, testis vterque tibi.

ELENCHVS
HISTORICORVM BELGII

nondum anno Christi M DC VI. typis editorum: horum tamen pars aliqua hic asterisco notata, postmodum prodiit.

EX
BIBLIOTHECA BELGICA AVBERTI MIRÆI.

* Ægidius *Leodicensis*, Aureæ Vallis, in Ducatu Luceburgensi, Cisterciensis Ordinis monachus, ad Mauritium, Noui monasterii, apud Hium opidum siti, regularem Canonicum, scripsit fusissimè *Historiam Episcoporum Tungrensium, Traiectensium ad Mosam, & Leodicensium*, à temporibus S. Materni, primi Tungrorum Episcopi, vsque ad annum salutis 1247. Exstat ea ms. Leodici apud Henricum Massonium, Leodicensis curię Scriptorem, à R. V. Daniele Raimundo, S. Materni in Ecclesia cathedrali Leodicensi Canonico, breui typis, vt speramus, evulganda. Viuebat Ægidius anno 1251. *Extat apud Chapeauillum Tomo 1. & 2. Gestorum Pontificum Leodicensium annis 1612. & 1613.

* *Albertus* Canonicus & Custos Ecclesię Aquisgranensis *Expeditionem Hierosolymitanam Godefridi Bullonij* litteris consignauit, quæ ms. legitur Louanij apud Patres Societat. Iesu. *Extat Hanoviæ, typis Wechelianis anno 1611. in volumine cui titulus Gesta Dei per Francos, & regni Francorum Hierosolymitani Historia.

* *Andreas Marchianensis* in Flandria cœnobij Prior, scripsit libros 3. *De origine rebúsq. gestis Francorum*, à Meyero in Annal. Fland. sæpè citatos. Exstant in Marchianensi & Henniniensi apud Duacum monasteriis. Obiit octogenario maior, circa annum 1194. *Extat Duaci apud Petrum Bogardū an. 1633. in Synopsi Historię Frāco-Merouingicæ D. Raphaelis de Beauchamps Monachi Benedictini Marchianensis.

Andreas Maroquinus, Gisleniani in Hannonia cœnobij Ord. Bened. monachus, *Gesta sanctorum Martyrum à Notariis S. Romanæ Ecclesiæ, Summorum Pontificum iussu conscripta*, variis è Bibliothecis collegit, & in Tomos 4. digessit: quos in memorato S. Gisleni monasterio aliquando vidimus. Viuebat an. 1606.

* *Anselmus*, Canonicus & Scholasticus cathedralis Ecclesiæ S. Lamberti Leo-

dicensis, scripsit ad Idam monasterij S. Cæciliæ apud Colonienses Abbatissam, *Gesta Pontificum Tungrensium, seu Leodicensium*, à S. Remacli temporibus vsque ad obitum Vuazonis Episcopi, qui in annum Christi 1048. incidit. Floruit Anselmus an. 1050. cuius non nisi Epitomen, siue Breuiarum, hactenus videre licuit, quod ms. Leodici ad D. Martini adseruatur. Anselmi Sigebertus, & Tritthemius lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis mentionem faciunt. * Extat apud Chapeauillum Tomo 1. anno 1612.

* *Anselmus Gemblacensis* in Brabantia cœnobij Abbas, Ord. S. Bened. Sigeberti Gēblacensis Chronicon ab an. Christi 1112. quo Sigebertus obiit, vsque ad annum 1135. deduxit. Inde vsque ad annum 1149. Anonymus quidam: ab anno 1149. vsque ad annum 1225. Monachus quidam Aquicinctinus protraxit. Obiit Anselmus an. 1135. cuius & aliorum Chronica iam memorata leguntur Aquicincti & Gemblaci. *Edidit Aubertus Mirçus in Chronico Christiano, in quo Eusebius, B. Hyeronymus, Sigebertus ad vett. codd. recensiti, Ant. apud Verdussium anno 1608.

*¶ *Arnoldus à Busco*, lege Ioãnes (memoriâ enim lapsus est Tritth. vt notat R. P. Herib. Rosvveydus, quod etiã confirmat Ioã. Bunderius, in ms. Indice mss. codd. per Belg.) Canonicus regularis monasterij Vuindeshemensis, apud Suollã Transisalanæ prouinciæ opidum siti, scripsit librum *De Origine ac Viris illustribus Capituli, seu Congregationis Vuindeshemensis*. quæ est Canonicorum regularium ordinis S. Augustini in Belgio ac Germania admodum florens. Exstat ms. Louanij ad S. Martinum, Floruit auctor an. 1464. De eiusdem Vuindeshemensis Capituli, vt vocant, monasterijs, exstat aliud amplissimum Chronicon Louanij in cœnobio Betlehemitico. *Extat Antuerp. editus apud Petrum & Ioannem Belleros an. 1621. 8 cura & studio R. P. Herib. Rosvveydi, è Societate. Iesu.

Balduinus Niniuensis, Chronographus & Canonicus ord. Præmonstratensis, scripsit Chronicon breue à Christo nato, ad annum vsque 1294. quod exstat ms. in Niniuensi S. Cornelij apud Flandros Abbatia.

* ¶ *Cameracense Chronicon*, à Gerardi, eo nomine primi, Cameracensis Episcopi Sacellano conscriptum, *Res gestas Episcoporum eius vrbis*, à temporibus Clodouei I. Regis Galliæ Christiani, vsque ad annum 1030. complectitur. Idem Chronicon Molanus, & alij interdum *Atrebatense* nuncupant, quòd vtriusque Sedis, olim vnitæ, Antistitum gesta contineat. Exstat ms. in cœnobio S. Gisleni in Hannonia, breui typis evulgandum, operâ R. V. Georgij Coluenerij, Theologi Duacensis, vnà cum Auctario Lamberti Vuaterlosij, & aliorum. *Chronici huius, Author est Baldericus Tornacẽsis ac Nouiomensis Episcopus, prodiit Duaci, anno 1615. Ioan Bogardi Typis, cura & cum Notis Georgij Coluenerij, Waterlosio necdum lux data.

* *Christophorus Brouuerus*, Neomagus, Soc. Iesu Theologus, *Historiam Episcoporum*

coporum *Treuerensium* eleganter ac fideliter conscripsit, quam auidè exspectamus. * Edita est Coloniæ apud Bern. Gualterum, anno 1626.

Elnonense Chronicon, Abbatum cœnobij S. Amandi, Ord. S. Bened. apud Tornacum, res gestas complectens, legitur in monasterio Canonicorum regularium Rubræ Vallis, apud Bruxellam.

Emundus Dinterus, ad Philippum Bonum, Burgundiæ Brabantięque Ducem, scripsit *Historiam Brabantiæ*, exstatque apud Rmum. D. Ioan. Miræum Episcopum Antuerpiensem, & Cl. V. Ioannem Geuartium. Obiit Dinterus anno 1448.

Fontanellensis cœnobii, Ord. S. Benedicti in diœcesi Rotomagensi Chronicon, legitur Bruxellis in Rubra Valle. * Editurus est Andreas Duchesnius parte secunda, Tomo 3. Scriptorum Historiæ Franciciæ.

*. ¶ *Frodoardus*, seu *Flodoardus* (quem Sigebertus & Tritthemius *Flauualdum* lib. de Scriptoribus Eccles. nuncupat) Presbyter Remensis, scripsit Latinè *Historiam Pontificum Remensium*, in qua multa de gestis Episcoporum Cameracensium, Atrebatensium, Tornacensium, ac Teruanensium commemorantur. Exstat ea Remis, Parisiis, & alibi. Obiit anno 966. * Prodiit Parisiis, cura R. P. Iacobi Sirmundi è Societate Iesu, apud Sebast. Cramoisy, an. 1611. & Duaci Typis Ioan. Bogardi Scholiis illustrata à Georgio Coluenerio S. T. Doct. Duacensi an. 1617. 8.

¶ *Fulquinus*, seu *Fulcuinus* Abbas Bened. & Chronographus Laubiensis, obiit anno 990. Chronicon eius vetustissimum *De rebus gestis Abbatum Laubiensium*, exstat Gemblaci, Laubiis, & Leodici apud R. V. Rolandum Rutæum Priorem Cathenæ. Fulquini meminit Sigebertus lib. de Scriptor. Ecclesiasticis. * Daturus est hoc Chronicon Andreas Duchesnius parte 2. Tom. 9. Scriptorum Historię Franciciæ.

*. ¶ *Geraldus Lemouicensis*, Prouincialis Præfectus Prouinciæ in Gallia, iussu Humberti V. Generalis Præfecti, & ex decreto Capituli Generalis an. 1256. celebrati, scripsit librum *De origine ac viris illustribus ordinis Prædicatorum*: quem ms. legi Bruxellis in Rubra Valle. * Vitæ Patrum Ordinis Prædicatorum Auctore Gerardo Lemouicensi excusæ sunt Duaci, Typis Baltazaris Belleri, 1619. in 4.

* *Guilielmus Heda*, Philippo I. Hisp. Regi à Secretis, post Arnhemi in Geldria ad D. Vualburgis Præpositus, idèmque Vltraiecti ad S. Ioannis Decanus, & Canonicus Antuerp. scripsit *Chronicon Episcoporum Vltraiectinorum*, quod Vltraiecti, Antuerpiæ, & alibi exstat. Obiit Antuerpiæ an. 1525. * Prodiit Bernardo Furmerio Leouardensi Frisio edente, recensente & Notis illustrante Franequeræ cum Chronico Ioannis Becani. Excudebat Robertus Doyema, anno 1612. 4.

* *Guilielmus Gemeticensis* Abbas, instituti Benedictini, in agro Rotomagensi, scripsit

scripsit librum *De gestis Normannorum*. Exstat Brugis apud Guilielmitas, & Parisiis ad D. Victoris *Willelmi Calculi Gemeticensis monachi, Historiæ Normannorum libri octo, prodierunt Parisiis cura Andreæ Duchesnij cum aliis Historię Normannorum Scriptoribus, apud Sebastianum Cramoisy an. 1619.

* *Guilielmus Andrensis* Abbas, ordinis Benedictini in agro Caletano, posteris reliquit amplissimum *sui cœnobij Chronicon*,: quod Bergis S. Vuinoci, in Flandria, apud Patres So. Iesu legitur. Floruit circa annú Dñi 1228. *Edidit ex parte Raphael de Beauchãps in Synopsi Historiæ Franco-Merouingicæ. Integrú daturus Andreas Duchesnius parte 2. Scriptorum Historię Francicæ Tomo IX.

* ¶ *Herigerus* seu *Harigerus*, Abbas Laubiensis, *Historiam Episcoporum Leodicensium*, ex scriptis, vt apparet, potissimùm Notgeri Leodicensis Episcopi, concinnauit, sic vt vnum vtriusque opus esse videatur. Exstat ms. in veteri pergamenico codice Leodici ad D. Martini. Obijt Herigerus an. 1007. pridie Kal. Nouemb. Meminerunt eius Sigebertus & Tritthemius lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis. * Extat apud Chapeauillum Tomo 1.

Herimannus, & *Ægidius Musius* cœnobij S. Martini Ord. S. Bened. in vrbe Tornacensi Abbates, scripserunt ex ordine *Annales*, qui ibidem leguntur mss. * Lucem videbunt cura Andreæ Duchesnij parte 2. Tomo 9. Scriptorum Historiæ Francicæ.

¶ *Iacobus Guisianus*, Doctor Theologus, ordinis S. Francisci, scripsit Latinè *Annales Hannoniæ*, tomis tribus comprehensos, quos mss. vidi Montibus Hannoniæ, apud Franciscan. Obiit Valentianis an. 1398.

*¶ *Iacobi Vitriaci* Acconensis Episcopi, & Cardinalis, Opera omnia, voluminibus aliquot distincta vidi mss. in Carthusia Leodicensi. Sunt in ijs historica nõ pauca. Obiit an. 1240. *Historia Orientalis & Occidentalis, Vitriaco Autore, prodiit Duaci, typis Baltazaris Belleri cura Francisci Moschi, cum Notis Andreæ Hoij 1597. 8. & Hanoviæ cum Alberto Aquisgranensi Custode curâ Iacobi Bongarsij cum aliis Belli sacri Historiæ Scriptoribus.

* ¶ *Ioannes Becanus* (quem *Ioannem de Beke* Tritthemius nuncupat) scripsit *Historiam Episcoporum Vltraiectensium, & Comitum Hollandiæ*. Exstat Louanij in Bibliotheca Vuamesiana, & alibi. *Prodiit cum Chronico Guilielmi Hedæ.

Ioannes Brusthemius, Franciscanus Trudonopolitanus, scripsit ad Georgium Austrium Episcopum Leodicensem, *Res gestas Episcoporum Leodicensium & Ducum Brabantiæ*, à temporibus S. Materni vsque ad annum 1505. Floruit anno 1545. Exstat Leodici ms. apud V. Cl. Ioannem Curtium.

Ioannes Bunderius Gandauensis, Dominicanorum in patria Prior, ex scriptis Ioannis Carnificij, eiusdem instituti Sodalis, manuscriptorum in Belgio vicinisque Prouinciis códicum *Indicem* concinnauit, quem Bruxellis ms. adseruat Lucas Opmerus I. C. Floruit Bunderius anno 1560.

* ¶ *Ioannes Hoxsemius*, Cathedralis Ecclesiæ Leodicensis Canonicus ac Scholasticus

lasticus, & ad D. Petri eadem in vrbe Præpositus, ab anno 1246. vsque ad annum 1348. *Leodicensium Antistitum historiam* deduxit. Cuius authographum V. Cl. Gerardus Corselius I. C. & Antecessor Louaniensis adseruat. Obiit Hoxsemius anno .... eiusque tumulus etiamnum Leodici visitur in D. Lamberti. * Extat apud Chapeauillum Tomo 2.

¶ *Ioannes Iperius*, Abbas cœnobij S. Bertini Ord. S. Ben. apud Audomaropolim Artesiæ, scripsit *monasterij sui Chronicon*, ab anno 590. vsque ad annum 1294. Quo olim Chronico Iacobus Meyerus, in concinnandis Flandriæ Annalibus, non mediocriter est adiutus. Exstat ms. apud Bertinenses, & Duaci apud Andream Hoium, publicum Græcarum litterarum Professorem. Obiit Iperius anno 1303. * Edetur hoc Chronicon ab Andrea Duchesnio parte 2. Tomo 9. Scriptorum Historiæ Francicæ.

* *Ioannes Leidanus.*, Carmelitarum Harlemensium Prior seu Præfectus, *Hollandiæ Chronica*, posteris reliquit, quæ mss. exstant Bruxellis apud Lucam Opmerum Delfium I. C. Vixit ad annum vsque 1417. *Prodiit Francofurti Francisci Svveertij cura anno 1620. typis Aubrianis, cum Reinerij Snoij Annall. Comitum Hollandiæ.

Ioannes Lossensis, cœnobij S. Laurentii Ord. S. Bened. ad muros vrbis Leodicensis Abbas, post Ioannem Stabulanum, *Res Leodicensium* ab anno 1449. vsque ad annum .... à se descriptas posteris reliquit. Exstatque ms. ibidem.

Ioannes Stabulanus, cœnobii S. Laurentii Leodicēsis monachus, *Chronicon Leodicense* à S. Materno ad annum Christi 1449. deduxit, quod ibidem adseruatur. Obiit Stabulanus anno 1449.

¶ *Lambertus Paruus*, cœnobij S. Iacobi in vrbe Leodicensi monachus, instituti Benedictini, *Res gestas Leodicensium* ab an. 988. vsque ad annum 1194. quo obiit, conscripsit. Exstat ms. ibidem.

Lambertus Vuaterlosius, Canonicus regularis cœnobij S. Auberti, in vrbe Cameracensi, scripsit *Historiam Episcoporum eius vrbis*, à temporibus Odonis Episcopi, vsque ad annum Christi 1160. à R. V. Georgio Coluenerio, D. Th. cum Chron. Cameracensi ad Gerardum I. scripto edendam. Floruit is anno 1159. *Edet hanc Historiam Andreas Duchesnius parte 2. Tomo 9. Scriptorum Historiæ Francicæ.

Laurentius Cuperus, Gerardimontanus, Flander, Carmelitarum in Belgio Præfectus Prouincialis, *Brabantiæ Chronica* ex diplomatibus, aliisque vetustis monumentis fideliter adornauit, quæ mss. exstant Bruxellis apud Carmelitas, vbi & obiit an. 1594. 29. Martij.

Laurentius Leodicensis, cœnobij Laurentianij apud Leodicum monachus, post Bertharium & alium quemdam Anonymum, scripsit *Gesta Episcoporum Virdunensium, & Abbatum S. Vitoni*, ab anno Christi 1048. vsque ad annum 1197. & quod excurrit. Leguntur ea Virduni in S. Vitoni cœnobio, & Leodici

ad S. Laurentium.

¶ *Mariani Scotti* Chronicon, à Christo nato exordium sumens, longeque diuersum ab isto, quod typis editum circumfertur. Exstat Gemblaci ms. in vetustissimo codice pergamenico.

Mattheus Herbenus, Seruatianæ apud Traiectenses scholæ Præfectus. scripsit. *De origine rebusque gestis Traiectensium ad Mosam*. Exstat ms. Traiecti apud Ioannem Dillenum I. C. Floruit anno 1505.

Morinense Chronicon, à monacho cœnobij S. Ioannis in Monte, apud Teruanam Morinorum olim siti, concinnatum, exstat Parisiis in Bibliotheca Petri Faucherii, Pręsidis Curię Monetalis.

* *Nicolaus*, cathedralis Ecclesiæ Leodicensis Canonicus, & Scholasticus, ad Vuedericum Lętiensem in Hannonia Abbatem, circa annum Christi 1148. scripsit *Vitam, martyrium, miracula & translationem S. Lamberti Episcopi Leodicensis & martyris*. Item *Victoriam ac triumphum S. Lamberti in expeditione Bullonensi* anno 1141. contra Rainaldum I. Barrensem Comitem. Sunt qui eidem adtribuant, (an verè, viderint alii,) *Descriptionem victoriæ ac triumphi Steppensis*, anno 1213. contra Henricum I. Comitem Louaniensem. Quæ omnia ex mss. codicibus breui cum Notis edenda, à R. V. Daniele Raimundo, auidè expespectamus. *Vita S. Lamberti extat apud Chapeauillum Tomo 1. in Appendice. Victoria ac Triumphus S. Lamberti de castro Bullonio Tomo 2. vt & Descriptio victorię ac triumphi Steppensis Authore Canonico Leodiensi Anonymo, eum Mag. Hirnandum Archidiaconum Leodicensem Albericus 3. Fontium Monachus in Chronico ms. nominat, ad annum 1213.

* ¶ *Notgerus* Episcopus Leodicensis scripsit ad Vuerenfridum Abbatem Stabulensem, *Gesta Pontificum Tungrensium, seu Leodicensium*, à S. Materni temporibus, vsque ab obitum S. Remacli, siue vsque ad an. Christi 694. Exstant ea manuscripta Leodici in Ecclesia collegiata S. Martini Obiit Notgerus IIII. Idus April. anno 1007. * Extant nomine Herigeri Abbatis apud Chapeauillum Tomo 1. &c..

Oliuerius, Scholasticus Coloniensis, *De expeditione Hierosolymitana*, exstat ms. Louanij ad S. Martinum.

* *Petrus Diuæus*, scripsit fusè *Historiam Brabantiæ* itèmque *Rerum Louaniensium Commentarios*. Exstant Bruxellæ in archiuis Ordinum Brabantiæ, & Louanij apud filium. *Historia Brabantiæ prodiit Antuerp. apud Verdussium, 1610. 4. edente Auberto Miræo.

* *Petrus Dorlandus*, Carthusianus in Zelemensi S. Ioannis Baptistę monasterio, apud Distemium Brabantiæ opidum, scripsit librum *De origine ac viris sanctitate illustribus ordinis Carthusianorum*, quem vocat *Coronam Carthusianam*. Exstat ms. in Carthusia Bruxellensi. Obiit 17. Aug. 1507. *Prodiit Antuerp. sub nomine Chronici Carthusiani cum Notis, cura Theodori Petrei, anno

1608.

1608. 8. apud Cholinum.

Petrus à Timo, Girlensis, Canonicus ac Thesaurarius Bruxellensis, *Historiam Brabantiæ*, tribus voluminibus comprehensam, posteris reliquit: quę volumina Senatus Bruxellensis in archiuis adseruat. Obiit 1473.

* ¶ *Radulphus Riuius*, Bredanus, Decanus Tungrensis, cuius liber *De Canonum obseruantia*, typis editus legitur, *Episcoporum Leodicensium Historiam* ab an. 1347. vsque ad an. 1386. scripto complexus est; quæ ms. adseruatur in Alnensi ditionis Leodicensis Abbatia, & Louanij apud Ger. Corselium V.Cl. * Extat apud Chapeauillum Tomo 3. an. 1616.

Ratherius, ex Laubiensi monacho primùm Veronensis, pòst Leodicensis Episcopus, scripsit inter alia *Chronographiam*, exstátque ms. Gemblaci.

¶ *Reinerus*, cœnobij S. Iacobi Leodicensis Prior, ab anno 1194. in quo Lambertus Paruus desiit, vsque ad annum 1230. *Historiam Leodicensem* concinnauit. Vtriusque autographum exstat Leodici ad D. Iacobi, & exemplar inde transsumptum habet R. V. Rolandus Rutęus.

* *Reinerus Snoyus*, Gaudanus, Medicus, *Historiam Batauicam* libris XIII. complexus est; quos Gaudæ Iacobus Colius adseruat. *Prodiit ex emendatione & recognitione Iacobi Brassicę, Francofurti, typis Aubriorum, anno 1620. folio, cum Ioanne Leidano

¶ *Richardus à S. Laurentio*, Pœnitentiarius Rotomagensis, scripsit librum *De origine ac viris illustribus ordinis Cisterciensis*. Exstat ms. in Flinensi virginum apud Duacum monasterio. Leodici ad S. Iacobum. Bruxellis in Rubra Valle, & alibi. Porrò nomen *Richardi à S. Laurentio* præfert solus codex Flinensis, alij verò codices, quotquot hactenus vidi, auctoris nomen non exprimunt.

Trudonense Chronicon, à Rodulfo cœnobij S. Trudonis, in ditione Leodicensi, Abbate, & aliis Monachis conscriptum, exstat ms. Trudonopoli, & alibi. Fuit Rodulfus itidem Abbas postea S. Pantaleonis Coloniæ, obiitque ibidem anno 1138.

Villariensis in Brabantia cœnobij, quod ordinis est Cisterciensis, Chronicon, ab eius loci Monacho, qui an. 1222. floruit, inchoatum, atque ab aliis postea ad nostra vsque tempora productum, exstat ms. Villarij, & in Rubra Valle.

Vuoperius Remsmagestus, Prior cœnobij Thaborensis, *Frisiæ Chronicon* posteris reliquit, quod in Alberto Bauaro Hollandiæ Comite desinit. Exstat Hagę Comitis apud Cornelium Dunium I. C,

Hactenus de Latinis Belgij mss. Historicis, quos videre aut nosse nobis datum. Si qui alij insuper alibi lateant, vt latent, bono publico in lucem vt proferantur, rogo; idémq; precor, atque obtestor Abbates, Præsules, Principes, vt suos quisque Annales, honoris gratiâ, euulgandos curet.

CODICES MANVSCRIPTI
COENOBII ELNONENSIS
Vulgò S. AMANDI in Pabula

Sub

AMPLISSIMO DOMINO

ABBATE ELNONENSI

D. NICOLAO DV BOIS

M. DC. XXXV.

IN ORDINEM DIGESTI

PER

D. ILDEPHONSVM GOETGHEBVER
Religioſum & Bibliothecarium eiuſdem cœnobij, ac S. Theol. Baccalaureum formatum.

REVERENDO DOMINO

D. ANTONIO SANDERO

CATHEDRALIS ECCLESIÆ IPRENSIS CANONICO.

F. Ildephonsus Goetghebuer Elnonensis Cœnobita. S. P. D.

POsteaquam *Reuerende admodum Domine* ex litteris vestris ad Abbatem meum directis institutum tuum vtcumq; mente percepi, cuiusq; ad perfectionem meam requiri opellam; statim conatum ac diligentiam omnem adhibui, vt quam citissimè (prout temporis angustiæ ob piam diuini Officij prolixitatem salutaremq; regularium exercitiorum multitudinem non mediocres, permiserunt) petitioni tuæ facerem satis. Rescripsi igitur vniuersum Catalogum veterum Codicum MSC. nostræ Bibliothecæ, vt dixit R.V. sine notis, incipiendo à Titulo quem ipse composuisti; & quem ego si proprio stetissem iudico sine meo nomine exscripsissem, nisi in hoc Prælato meo tibiq; simpliciter intellectum captiuando obedire oporteret. Quia verò ex proximè immediatè principalem hunc titulum sequentibus, satis intellexi, non omittendas notas illas quæ codicum declarant antiquitatem; addidi breuiter circa quę tempora scripti sint; non tamen vt in alio Catalogo secundum solam apparentiam aût propriam opinionem ad singulos codices id annotaui, sed ad eos duntaxat quorum antiquitatum habui certitudinem, ne fortè temerè aut friuolè de antiquitatibus assererem. Certitudinem verò deduxi inuento in fine peruetusti cuiusdam codicis (continentis opera quędam S. Hieronymi.) Catalogo librorum qui antiquitus in Bibliothecâ nostra habebantur additis ad singulos libros Nominibus Abbatum aut Fratrum quorum curâ & prouidentiâ ijdem libri scripti fuerunt; hoc inquam reperto Catalogo certam confeci Notam per hanc demonstrationem: Num. 81. F.

Hic codex scriptus est curâ & prouidentia (v. g.) Hugbaldi
Sed Hugbaldus floruit circa Annum Domini 880.
Ergo hic codex scriptus est circa An. Dom. 880.

Huius nostri Hugbaldi cura & prouidentiâ habemus ferè omnes codices antiquiores maximè ad liberales artes spectantes, vt hunc nostrum Catalogum legenti patebit. Etenim Trithemio teste Hugbaldus monachus S. Amandi natione Gallus fuit, vir tam in diuinis Scripturis quam in sęcularibus eruditissimus, In Musicâ, Poetica, Philosophia, nulli suo tempore secundus, & cæterarum liberalium artium peritiâ ita insignis, vt antiquis Philosophis haberetur æqualis. Huius auunculus Milo monachus S. Amandi cœnobij, vir vndecumq;

Lib. 2 de Vir. Illust. ord. S. Ben cap 49. Idem lib. de Scriptorib. ecclesiast. Hucbaldi opera vide. nu. 230.

Trithemius lib. 2. de Viris Illust. ord. S. Ben. cap. 47. Milonis opera vide Num. 240. M.

cumq; doctissimus, Orator, Poeta, & Musicus insignis, nec minus honestate morum, quam scientia Scripturarum venerandus, apud Carolum Caluum magno in pretio habitus, scientiæ suæ opinionem in remotas etiam regiones diffudit; vnde his duobus monachis nostris Imperator Carolus Caluus (qui ipse quandoq; in hoc monasterio commoratus est) filios suos geminos Drogonem & Pipinum litteris imbuendos tradidit, vna cum fratre Carlomanno (post etiam Elnonensi Abbate.) Eo enim tempore alij quoque multi Ducum, ac Comitum filii, ob artium liberalium studia hic enutriebantur. Cuius rei gratiâ Carolus ipse diuersa Bona atq; Priuilegia, huic eidem Cœnobio legitur contulisse. Sic igitur factum est vt vsque in hodiernum diem remāserint nobis tam antiqui & præclari humanitatis libri. De cæteris etsi fortassis quibusdam antiquioribus, vbi, sicut de his, nihil certi inueni, nihil etiam notaui; hoc solum hic in genere moneo, paucissimos aut fere nullos esse inter omnes omninò totius Bibliothecæ Codices manuscriptos minus, quam ab annis trecentis & vltra. Ad Hieronymi Quadripartitum Psalterium rogauerat quidem R. D. V. vt textus Græcus litteris scriberetur Græcis; at visum est R. D. Prçlato meo non aliter scribendum, quam habent ipsi antiqui MSC. codices; cum verò Grçcum Psalterium in hoc codice scriptum sit litteris Latinis, nihil præter intentionem vestram agere existimauimus, si hæc eo plane modo, iisq; litteris quibus totus textus scriptus est scriberetur. Hoc deniq; in omnibus semper attendi, vt nihil eorum, quæ siue de Tractatuum ac Operum Titulis, siue de eorum Authoribus in ipsis Codicibus reperi immutarem; Quapropter vbicunq; obscuriores Tituli videbantur, hos ego clariores reddere conatus sum, non verba mutando aut transferendo; sed simplicioribus aut paucioribrs verbis nouum antiquo conforme componendo, (quem etiam antiquo interdum apposui cum hac particulâ, siue.) Vbicumq; vero Titulos deesse comperi, aut nomen authoris non exprimi aduerti; nihil suppleui nisi post longam & studiosam ex diuersis libris tam impressis quam MSC. inquisitionem. Adiunxi quoque hic Loco Indicis, ad singulas paginas verbulum vnum quod diuidit libros per suas quosque classes. Vt V. G. sub verbo S. AVGVSTINVS sequuntur opera S. Augustini, & sic de cæteris. Hæc omnia ergo pro modulo meo ad diuinam gratiam & gloriam promerendam, tuæq; (R. *Domine*) tam decenti ac benignæ petitioni satisfaciendum lubenti ac gaudenti animo peregi; alia lubens etiam plura & maiora pertracturus quandocumq; R.a D. tua, me vti dignabitur. Rogabo interim diuinam Bonitatem, vt ad opera, quæ molitur R. V. longam tibi conferat vitam & sanitatem, & post vitam laborum mercedem æternam,

R.æ Dominationis vestræ

Humilis in Christo seruus.
F. Ildephonsus Goetghebuer.

CA-

CATALOGVS
VETERVM LIBRORVM
MSC.
MONASTERII ELNONENSIS.

Littera & Numerus significat notam ipsius Libri: antiquitus enim non aliâ notâ quam vnius Litteræ Scriptores Libros vel potius Volumina ipsa notabant: neque scribebant titulos in omnibus, aut superscriptiones Tractatuum in Voluminibus contentorum; sed Posteris laborandum fuit vt exactissimè vniuersæ Bibliothecæ libros omnes voluentes in singulis voluminibus adderent, quotquot in ipsis Titulos deesse comperirent. Hoc & ego Obedientiæ pede aggressus, diuino fretus auxilio, accuratiori clarioriq; quam hactenus cernere potui ordine ad Dei laudem & gloriam, Fratrumque vtilitatem & salutem rursum peragere, pro modulo meo contendi, in hoc post Libello describens quidquid in singulis nostris MSc. continetur. Ita deinceps facillimum cuique erit, quemcumque Bibliothecæ nostræ codicem MSc. desiderauerit, statim nullo negotio ad manum habere.

INCIPIVNT CODICES MSC.

Ordo loci quo constituti sunt in Bibliotheca. — *Nota antiqua.*

SACRA SCRIPTVRA.

1.&2. BIBLIA SACRA in duobus valde magnificis voluminibus elegantissimè descripta, ad singulos tam veteris quam noui Testamenti libros Imaginibus miro artificio depictis decorata, compacta cooperculis insigni admodum holoserico circumuolutis: Scripta sunt verò temporibus R.mi D. Georgij Egmond Episcopi Traiectensis, Abbatis commendatarij circa Annum Domini 1540. A&B.

1. 2. BIBLIA in nouem antiquis maioribus voluminibus, in quibus etsi ijdem S. A.B.
3. 4. Scripturæ libri sæpius reperiantur; in singulis tamen quidam habentur quos a- C.D.
5. 6. lia vel non habent, vel non eodem ordine, ita vt in his nouem Voluminibus E.F.
7. nihil aliud contineatur quam sacra Biblia, quibusdam sæpius, quibusdam ra- G.
8. rius reiteratis libris. Et in illis omnibus quæ continent quatuor Euangelista- H.
9. rum Euangelia præmittuntur ipsis Euangeliis Canones B. Hieronymi. I.

10. LECTIONALE vetus; in folio. A.

11. MISSALE; in folio ac duobis Tomis, vno pro parte Aestiuali, & altero pro B.
11. Hyemali. C.

12. BENEDICTIONES Episcopales in paruo semifolio. D.

13. EVANGELIA & EPISTOLAE per totum annum. E.

14. COLLECTARIVM continens omnes Collectas, Secretas, & Complendas omnium Missarum. F.

15. COLLECTARIVM ad Horas Canonicas per totum annum. G.

16. COLLECTARIVM sine Capitulis, in quo etiam traditur forma Indutionis & Professionis Monachi, & forma Iniungendi infirmum. H.

17. RESPONSORIALE antiquum in paruo semifolio, notulis admodum paruis descriptum. I.

18. BREVIARIVM vetus in folio. K.

19. BREVIARIVM ad vsum antiquum insignis Ecclesiæ Cathedralis Tornacensis. L.

20. BREVIARIVM ad vsum nostrum, sed multum abbreuiatis Lectionibus. M.

21. COLLECTARIVM vetus. N.

22. MANVALE Collectarum & Agendorum in Indutione & Professione Monachi, in Vnctione infirmi, in Sepultura &c. O.

23. MISSALE, paulò minus ordinarijs. P.

24. MISSALE VETVS, in quo cum Notulis suis scripta sunt Gradualia, Alleluya, Prosæ, Offertoria, & cętera in Missis cantari solita. Q.

25. RESPONSORIALE vetus. R.

26. MISSALE magnum ac vetus egregiè valdè conscriptum. S.

27. MISSALE aliud minus T.

28. MISSALE paruum ac portatile in quo etsi non omnes; præcipuę tamen votiuæ atque de pręcipuis totius anni Solemnitatibus continentur Missę. V.

29. MISSALE aliud, continens quoque Missas votiuas & quasdam de pręcipuis Festis. W.

30. MISSALE S. Marię in Galilæa. X.

31. BREVIARIVM Abbatis Hugonis. Y.

32. Modus quo se homo debet præparare ad mortem perutilis salutem animarum suarum quęrentibus. Z.

33. DIVERSAE Orationes, & Preces, ac Psalmi. Z.

33. DIVERSAE ORATIONES & Missæ votiuæ, Catechismus & quædam piæ Epistolę *S. HIERONYMI.* Z.

S. AVGVSTINVS.

36. Oratio Pij 2. Pontificis Maximi, habita in Conuentu Mantuano ad suadendum bellum contra Turchos, *scripta in Papyro.* Item Responsum Pii 2. Pont. Max. datum Romę Oratoribus Ludouici Regis Franciæ. Item Oratio Pii 2. Pont. data Oratoribus Regis Renati. Item Andreis, idest, Historia de receptione capitis S. Andreæ sub Pio 2. Pont. Max. Cuius Exordium sic habet *Si quæ sunt memoriæ commendanda.* Item Oratio Pii 2. Max. Pont. habita Romæ in Basilica S. Petri pro Canonizatione B. Catharinæ Senensis. Item Propositio facta per Reuerendissimum Patrem Dominum Æneam Episcopum Senensem in Conuentu Ratisponensi, ex parte Imperialis Maiestatis. Item nomina eorum qui fuerunt in Dieta Ratisponensi.

Item

D.

Item Capitula producta per Imperiales Oratores quæ ab omnibus laudata fuerunt. Item Æneæ Syluii Picolominęi Senensis Poetæ Epistolarum aliquæ ex suo Epistolario extractæ. Item variæ scribendi Formulæ cum Annotationibus Marginalibus. Omnia hoc Volumine contenta scripta sunt in Papyro.

38. Summa de Casibus S. Raimundi, Ordinis Prędicatorum. Item Summa Fratris Willelmi. Redensis de Articulis.

39. Petri Cluniacensis Abbatis Libri duo Miraculorum. Item Vita beati Hugonis Cluniacensis Abbatis, Cuius Initium: *Patrum Cluniacensium Sancto seruus Hugo. Caritas quæ libera seruit piis me iussionibus parere compellit.* Item Tractatus de duobus Presbyteris, quorum vnus post mortem alteri viuenti apparuit, & de se multa stupenda narrauit, sic Incipit. *Ciuitas est Britanniæ Nannetis dicta nomine.* Item Magnum & stupendum Miraculum de quodam Regulari Canonico, Quod sic Incipit *Quotiescumque diuinæ virtutis operatione.* Hoc Miraculum Abbas Cisterciensis in Conuentu Abbatum ad Capitulum apud Cistercium congregatorum ædificationis gratia recitauit. Hoc ipsum per Religiosum virum Abbatem Sc. de Los qui ex ore Abbatis Cisterciensis se illud audisse testatus est, cognouit Author, vt ipse testatur in fine huius scripti. Dicit præterea Miraculum istud suo tempore accidisse multorumque relatu ac fide dignorum testimonio didicisse. Cæterum videtur scriptum ab vno Religioso huius Cœnobii. Item Liber S. Basilii Episcopi Capadociæ ad Spirituales filios. Item Regula sancti Augustini de Institutione Clericorum communiter viuentium. Item Odo huius Cœnobii Abbas & postea Cameracensis Episcopus super Canones Euangeliorum: Sic Incipit *Sanctorum Euangeliorum lectio Canon quidam.* Item D. Odonis Cameracensis Episcopi de Originali peccato Libri tres. Est Initium Libri primi. *De Quæstione famosa peccati originalis.* Item Tractatus Odonis Cameracensis Episcopi de Canone Altaris: Cuius Prologus sic Incipit *Odo Cameracensis Ecclesiæ Minister indignus Vlbodoni dilecto filio.* Hic Tractatus aliquoties fuit excusus, adtextus quoque est Biblioth Patrum Margarini Bignæi sub nomine Odonis Abbatis Cluniacensis. (Odonis Cameracensis Homeliam super Euangelium Lucæ de Villico, reperies infra in quinto Assere ad calcem Libri numero 8.) Item præsenti hoc Volumine continetur Disputatio Domini Odonis Cameracensis Episcopi contra Iudæum nomine Leonem, de Aduentu Christi Filii Dei sub Dialogo, Annotatis prima nominis sui & prima nominis Iudęi Litteris, sic Incipit. *Odo Cameracensis Episcopus Acardo Phidemensi Monacho: Dum in Phidemensi Capitulo imminente Natali Dominico.*

D.

Item Tractatus Domini Odonis Cameracensis Episcopi, Quid sit blasphemia spiritus, Sic incipit. De blasphemia sancti Spiritus se conscripsisse Libellum dicit in Enchiridio B. Augustinus. Item Ampla Epistola Amandi Prioris Aquicintensis de Vita & Obitu Odonis præfati Abb. nostri & postea Cameracensis Episcopi. Huius Epistolæ tale Exordium, *Aquicinensis Cœnobij humilis Congregatio omnibus qui suæ salutis solliciti sunt, salutem in Domino.* Item Expositio Canonis in honorę sanctæ Trinitatis, Quæ sic Incipit *In Virtute sanctæ Crucis & Sacramento altaris magna est conuenientia.* Item Isidorus de Missa & Orationibus. Item Visio cuiusdam Nouitii. Item Visio alterius Fratris. Item in fronte huius voluminis habentur quædam Carmina quę sic Incipiunt. *Scripturus vitam bonitatum laude politam,*
sancti Martini Pontificis Domini.

40. Liber quarundam varietatum Theologiæ. In capite huius Voluminis habentur quędam Sententiæ diuersorum SS. Patrum.

41. Sententiæ ex Libris diuersorum Patrum Exceptæ de Vitiis & Virtutibus, siue vt in dorso Libri scribitur *Flores Patrum.*

42. Historia Hierosolymitana Roberti cuiusdam, qui dicit se hanc Historiam composuisse in claustro cuiusdam Cellæ S. Remigii constitutę in Episcopatu Remensi. Dicit prętere a se interfuisse Concilio Claremontis in Aluernia celebrato Anno 1095 In calce huius Historiæ habentur nomina Episcoporum & Patriarcharum Hierosolymitanorum. Item nomina Regum Iudæorum. Item nomina Ducum & Regum Latinorum Item Comites Edessani. Item Principes Anthiocheni. Item Comites Tripolitani. Item Principes Galilæę Item Descriptio Ecclesię S. Ciuitatis Hierusalem. Item Liber 2. Iulij Cæsaris belli Gallici à se confecti. Item Versus de dignitate Vrbis Tornacensis. Sic incipiunt. *Nobilibus fundata viris velut altera Roma.* Item de Antiquitate vrbis Torn. Cuius Initium *Tornacum Galliæ Belgicæ ciuitatem.* Item de nostris Abbatibus quidam Tractatus. Item de 4. Abbatibus nostris professis Fratribus. Iterum de nostris Abbatibus. Item Epistola Regis Alexandri Macedonis ad Aristotelem Præceptorem suum. Item Epistola Alexandri Regis Macedonum ad Dindimum Regem Bragmannorum. Item Rescriptum Dindimi Regis ad Alexandrum Regem. Item Alexander ad Dindimum. Item Rescriptum Dindimi. Item Vita B. Eleutherii Tornacensis Episcopi scripta per Henricum Canonicum Tornacensem. Sic Incipit. *Temporibus Imperatorum Diocletiani & Maximiani.* Item Eleuatio corporis beati Eleutherii. Cuius est Initium *Præsulatum Tornacensis Ecclesiæ.* Item Sermo B. Eleutherii de sancta Trinitate, Qui sic Incipit, *Dilectissimi Dominum omnium Christum Iesum confitentes.* Item Tractatus S. Fereoli Presbyteri & Magistri de Translatione corporis S. Eleutherii Episcopi Tornacensis.. Cuius Initium. *Igitur Episcopus Heidilo.* Item quidam Tractatus ex

Libro

D.

Libro S. Eleutherii, cuius initium *Ferreolus post hac Vienne.* Item Hymnus de S. Eleutherio. Item Acta Synodi habitæ sub B. Eleutherio cōtra Hæreticos, cum Transitu eiusdem sancti. Sic Incipiunt *In illis temporibus dum B. Eleutherius.* Item Sermo B. Eleutherii de Trinitate, habitus in Synodo, Cuius Exordium sic habet *Credite in vnum Dominum Patrem.* item de Transitu eiusdem Si. sic incip. *Per vniuersum orbem multis maneriis.* Item Sermo S. Eleutherii de Incarnatione Sic Incip. *Paterna authoritas fraternam caritatem.* Item Sermo B. Eleutherii de Natali Domini Sic Incip. *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc &c.* Item Liber de Antiquitate vrbis Tornacensis. Item Sermo B. Eleutherii in Annunciatione Dominica. *De tripartita solemnitate Beatissimæ Virginis.* Item Vita B. Eleutherii Episcopi Tornacensis, composita & dilucidata à Fratre Guiberto de Tornaco, qui fuit de Ordine Minorum. Prologus Sic Incipit *Reuerendo Patri ac Domino Ioanni Dei gratia Venerab. Tornacensi Episcopo, F. Guibertus Origine Tornacensis professione Minor.* Vita sic Incip. *Recensentes diligentius Cosmographias.* Item Chronicæ Tornacensium vsque ad vltimam restaurationem ejusdem Ciuitatis post Normanicam deuastationem.

43\. Moralitates & Allegoriæ de quibusdam Animalibus. Item Interpretationes diuersorum nominum. Item Parabolæ Salomonis. Item Ecclesiastes : Cantica Canticorum. Liber Sapientiæ. Item Ecclesiasticus. item Isayas Hieremias, Ezechiel & 12. Prophetę. Liber Iob. Epistolæ Canonicæ. Epistolę B Pauli Apostoli. Item Epistola Henrici Imperatoris ad Philippum Regem Francorum, in qua conqueritur de filio suo quod aduersum se persecutionem moueret. Cuius est Exordium *Princeps clarissime, & omnium in quibus post Deum speramus amicorum nostrorum fidelissime &c. Habetur eadem Epistola integra in Sigeberto nostro M. S. & apud Baronium tomo 12. excusa.*

44\. Euangelium Glossatum Glossis & Marginalibus & interlinearibus. Item Expositio Honorii super Canticum Cantic. Cuius Exordium *Donum Sapientiæ cum Salomone poscenti à vero pacifico &c.* Item Liber S. Athanasii Episcopi de fide Catholica contra Arrium Sabellium & Fotinum.

45\. S. Ambr. de officiis ministrorū Libri tres, ad calcē habetur vnū Exemplū.

46\. S. Ambrosii Examerон.

47\. Libri 5. B. Ambrosii de S Trinitate ad Gratianum Imperatorem, duo de Patre & Filio, tres de Spiritu sancto. Item Liber B. Ambrosii de Incarnatione Domini. Item B. Ambrosii Liber de fide orthodoxa contra Arrianos. Item Gesta Concilii Aquileiensis contra Palladium & Secundianum Arrianæ hæresis assertores

48\. Commentarii B Ambrosii super psalmum 118. Beati Immaculati.

49\. Ambrosius super Lucam continens Libros 11. Item Epistola Alexandri Pa-

pę ad Archiepiscopum Remensem. W. Incipit sic *Cum per auxilium potentiam & fauorem Karissimi in Christo fil i.*

50. Ambrosii de Paradiso, & Adam, & Eua liber vnus. Item de Noe & Arca Liber vnus. Item de Abraham Libri duo. Item de Isaac vel de Anima Liber vnus. Item de bono mortis Liber vnus. Item de Esau & fuga sancti Liber vnus. Item de Iacob & vita beata Libri duo. Item de S. Ioseph Liber vnus. Item de Benedictionibus Patriarcharum Liber vnus. Cuius Exordium sic Incipit. *Primum omnium quantum discimus parentibus.* Item de Apologia Dauid ad Theodosium Augustum. Item Liber de Nabutha. Item Liber 2. de Apologia Dauid. Item Liber de interpellatione Iob & infirmitate hominis. Item Liber de Interpellatione Sanctorum Iob & Dauid, Item Liber de Interpellatione Dauid & Iob. Item Liber de Elia & Ieiunio. Item Liber de Tobia.

51. Epistolę S. Ambrosii.

52. Ambrosii ad Marcellinam sororem suam de Virginitate Libri quatuor. Item Liber eiusdem de Viduis.

53. S. Ambrosii Libb. 7. de Sacramentis. Item Cantica Cantic. secundum æditionem 70. Interpret. Item Exceptiones ex Libris S. Ambrosii super Cantica Cantic. Item aliæ Exceptiones paucæ ad calcem magna ex parte Origenis.

54. Legendæ Sanctorum quas compilauit F. Iacobus natione Ianuensis de Ordine Prędicatorum. Item ad calcem habetur Tractatus de Marcello, Qui sic Incipit. *Prædicantem Dominum nostrum Iesum Christum in Iudæa, inter confluentes populos Marcellus Iudæorum nobilissimus &c.*

55. Legendæ Sanctorum quas iterum compilauit præfatus F. Iacobus, sed pauciores quam in superiori Volumine. In isto siquidem tantum habentur Legendæ in principalioribus anni Festiuitatibus, de Tempore.

56. Textus quarti Libri Sententiarum.

57. Higinus de Astronomia Liber vnus, cũ Figurationibus Sphæræ, circulorum, planetarum, & signorum cælestium. Item Somnium Scipionis, & Commentar. Macrobii 2. Libris super Somnium prædictum. Item Timæus Platonis de Græco in Latinum petente Iosio à Chalcidio viro claro translatus. Item eiusdem Chalcidii Expositiones in eundem Timæum.

58. Tractatus *in Papyro scriptus* secundum ordinationem SS. Canonum super 7. Sacramenta Sacrosanctæ Ecclesię, sub Dialogo, Interlocutores sunt Petrus petit & Gilo r. Author dicit in fine se hoc opus collegisse ex diuersis authoribus præsertim ex scriptis F. Thomę, ac Petri de Tarentasia & Aliorum. Item ad calcem huius Libri habetur paruus Tractatus de diuersis rebus, vt de Casibus reseruatis, de Peccatis capitalibus, de indulgentiis, &c Item Summula de Summa Raymundi, vel Summula pauperum. Item ad calcem huius

D.

huius Tractatus habentur sequentia, Instructio Sacerdotis quando audit peccatorem in confessione, & Modus qui debet teneri circa ipsum peccatorem. Itē quædā Notanda in articulo mortis. Itē Sermo de Sacramento. Item Quæstio An peccator qui se protestatur non velle abstinere à peccatis confessis, vel etiam non velle restituere iniuste ablatum, sit absoluendus? Item Modus reconciliationis excommunicatorum.

59. Gregorii Nazianzeni Episcopi Apologeticus Lib. vnus. Item de Epiphaniis siue de Natali Domini Liber vnus. item de Luminaribus quod est de secundis Epiphaniis Liber vnus. item de Pentecoste & de Spiritu sancto Liber vnus dictus in Ecclesia constantinopol. In semetipsum de agro regressum Liber vnus. De Hieremia dictus pręsente Imperatore Liber vnus. De reconciliatione & vnitate Monachorum Liber vnus. de Grandinis vastatione cum Pater eius Episcopus recitaret Liber vnus. in capite Prædictorum habetur Pręfatio Ruffini in Gregoriū Nazianzenum ad Apronianum.

60. Sermones Philippi cancellarii de Dominicis, & quibusdam Sanctis. item Prouerbia ex Operibus Ouidii. item Prouerbia Horatii. item Prouerbia Virgilii, & aliorum Poëtarum. item Tractatus ad calcem qui sic incip. *Iacob quod caligauerunt oculi eius.*

61. Homilię Cancellarii Parisiensis Sic incipiunt *Homo quidam erat diues & induebatur purpura.* item Sermones Prioris Prouincialis de Dominicis diebus, quorum Exordium est, *Hora est nos iam de somno surgere.* item Sermones Festiuales Qui sic incipiunt. *Qui sunt isti qui vt nubes volant*, Videntur esse Prioris Prouincialis. item Expositio Threnorum à Cancellario Parisiensi edita.

62. Prouerbia Petri Alphonsi. item quidam Tractatus de Transitu B. Virginis & Assumptione eius in corpore & anima Eius Exordium est. *Miletus seruus Christi, Ecclesiæ Sardinensis Venerabilibus in Domino Fratribus, Laodiciam constitutis in pace salutem.* Author huius Tractatus testatur se ea scribere quæ ab Apostolo Ioanne audiuit, in Prologo ita inquiens. *Nos ergo vobis petentibus quæ ab Apostolo Ioanne audiuimus hoc simpliciter scribentes vestræ Paternitati direximus.* Item Collectanea litterarū ex diu. diuersorū Libris excepta quę intitulātur Caputium Scothi. item Tractatus de Virginitate & Humilitate. item quidam Tractatus de anxietate B. Mariæ pro morte Domini nostri Iesu Christi. item de indumentis Sacerdotalibus & de diuinis Officiis. item de morte Adam & de Ligno Domini. item Bestiarium morale. item Liber Ioannis Belet de Ecclesiasticis institutionibus & Officiis. item Liber de Sacramentis, qui sic incipit *Oportet vt Sacramentorum Christi.*

63. B. Gregorii Papæ Dialogorum Libb. 4 de Miraculis Italicorum Patrum.

D.

Item Epistolæ & Expositiones S. Ioannis Chrysosto: tum super Epistolam ad Hebræos quam alias. Et 1. præmittitur Epistola ad Theodorum qui deseruerat religionem, sunt sermones tredecim. Item Sermo eiusdem Ioannis Chrysostomi de confitendis peccatis, de Cain & Abel, ac de Noe, & Diluuio atque de Niniuitis. Item Ioannis Chrysostomi super Psal. *Miserere mei Deus* Libri duo. Item de Psalmo 122. *Ad te leuaui*. Item de Psalmo 150. Authore Ioanne Chrysost. Eiusdē Sermo de Pœnit. Iob. Eiusdem Homilia in Heliam Prophetam. Item Sermones varii sine inscriptionibus titulorum & sine Authorum nominibus qui tamen videntur esse Chrysost. Item B. Anselmi Meditationes. Item Libri duo Soliloquiorum B. Augustini Item S. Bernardus de B. Virgine. Item Sermo S. Bernardi in Aduentu. Item Sermo S. Bernardi in Assumptione. Eiusdem Sermo de B. Virgine. Item de triplici Aduentu Domini. item de Aduentu. item Sermo qui sic incipit *Conuertimini ad me in toto corde &c.* item Sermo de Spiritu sancto. item Sermones & Tractatus diuersi sine nomine Authoris, & sine inscriptione titulorum.

item Expositiones Lectionum quæ leguntur in officio defunctorū videlicet à Parce mihi Domine vsque Quare de vulua. sine nomine Authoris. item Tractatus Magistri Hugonis de tribus diebus. item Tractatus qui incipit *Homo cum in honore esset &c.*

64. Decretum Gratiani cum Apparatu Barthol. Brixiensis.

IN 5. ASSERE SVNT SEQVENTES Libri, 62. Voluminibus comprehensi.

E.

1 SEntentiæ seu Distinctiones Hugonis de S. Victore. item Didascalon eiusdem Libris 6. item Threni Hieremiæ & Expositio dicti Hugonis super eos. item Tractatus eiusdem de tribus diebus. item quot modis res subsistunt. item eiusdem Tractatus super Genesim, Exodum, & Leuiticum. item eiusdem de Archa Noe Libri quatuor.

2 Hugo de S. Victore in Dionysii Hierarchiam. item Libri 8. Dionysii ab eodem Hugone de Græco in Latinum translati. item sancti Ioannis Damasceni Libri 4. de fide orthodoxa à Burgūdione iudice ciue Pisano de Græco in Latinū translati. item S. Aug.[ni] de mirabilibus sacræ Scripturæ Libri tres.

3 Expositiones Psalmorum à Psalmo *saluum me fac Deus quoniam aquæ intrauerunt vsque ad animam*, vsque ad Psal. super flumina Babilonis. sine nomine

E.

mine Authoris.

4. Egesippi de bello Iudaico Libri 5.

5. Summa Confessariorum F. Ioannis Lectoris Ordinis Fratrum Prædicatorum. Item ad calcem habetur Quædam Epistola sic Incipiens: *Frater Ioannes miseratione Diuina Sidoniensis Ecclesiæ Minister, humilis Domini Papæ Pœnitentiarius, Dilectis in Christo Præposito & Canonicis Rectoribus S. Martini, aliarumque Ecclesiarum Yprensium Ordinis S. Augustini Morinensis Dioces. &c.*

6. Historia Clementis Libris 10. translata à Ruffino in Latinum. Item Epistola S. Clementis ad Iacobum Fratrem Domini de obitu Petri Apostoli & de sua Ordinatione.

7. Iuliani Archiepiscopi Toletani Prognosticon, siue de futuro sæculo Libb. 3. Item Pars quædam excepta de Libro Soliloquiorum Isidori Hispalensis Episcopi sub Dialogo deflentis hominis, & admonentis rationis: Prologus sic Incipit. *Venit nuper ad manus meas quædam scedula quam Simoniam dicunt.* Item Doctrina S. Basilii. Item Liber Albuini, cuius Præfatio sic Incip. *Albuinus Presbyter indignus non in facto portans nomen Heremitæ &c.* Liber verò sic Incip. *Scio verè multum esse beatum.* Tractat de pluribus Virtutibus. Item S. Augustini Admonitio ad Populum. Item Sermo in cœna Domini sic Incip. *Quid nos Fratres dicturi sumus &c.* Item de 8. Principalibus Vitiis, cuius est Initium *Octo sunt principalia Vitia quæ &c.* Item quod nesciente sinistra, debeat dari Eleemosyna. Item de Compunctione. Item de Tractatu Homiliarum S. Greg. Papæ. Item de Sacerdotibus. De Visione cuiusdam Episcopi. Quare S. homines duram mortem patiantur. De Episcopo qui reuelauit cuidam Regi cũ suæ filiæ. Sermo ad Cleros qui sic Incipit *De Presbyteris & Diaconibus qui sacros &c.* Aliæ Ammonitiones.

8. Homiliæ de Communi Sanctorum, & de Dedicatione, & quidam Sermones. Item Vita S. Bertini, cuius est Exordium *Cum sanctus Audomarus Episcopus Ecclesiam Morinensem regeret.* Item Homilia Odonis Abbatis nostri postea Episcopi Cameracensis super Euangelium Lucæ, Homo quidam erat diues qui habebat Villicum &c. sic Incipit. *Quis est homo diues nisi Christus, diues in cælo, diues in terra, diues vbique.*

9. Libri 4. S. Fulgentii Episcopi ad Monimum Obiectionis Regis Affricæ Trasamundi. Item contra ipsum S. Fulgentii Episcopi Libri tres. Primus de Mysterio Mediatoris 2. de Immensitate diuinitatis Filij Dei. Tertius de Sacramento Dominicæ Passionis. Item eiusdem Epistolæ ad seruos & ancillas Christi numero 7.

10. Isidori Hispalensis Episcopi Etymologiarum Libri 20. Istis Libris præmittuntur Epistolæ sex, 4. quidem Isidori ad Braulionem Cæsaraugustanum Episcopum, duæ verò Braulionis ad Isidorum. Item in fronte huius Volu-

minis, habentur Stemmata stirpis humanę Figurata. Item de Figuris Verborum & Sententiarum Tractatus sic incipiens. *Augetur & ornatur Oratio etiam Figuris Verborum & Sententiarum*
Item Figura Affinitatis, Figurata in modum circuli.
11. Isidori, quod Deus summus Liber. Item eiusdem Liber de Sapientia. Item eiusdem Liber de flagellis Dei.
12. Robertus Tuiscienſis Abbas de Diuinis Officiis per circulum anni. Item Disceptatio inter Monachum & Clericum sic incipiens. *Monache iniquè agis resistens mihi in faciem, & opprimens os meum.*
13. Vita Caroli Magni Imper. iussu Federici Augusti conscripta. Eius Prologus sic incipit *Et si passim & variè odoris pigmentarii veneranda orthodoxi Caroli Magni celebretur memoria.* Vitæ autem initium sic habet. *Sanctus ergo Arnulphus cum esset in iuuentute Dux.* Author huius Vitę dicit in Prologo se conscripsisse Micrologum. Item Liber de gestis Anglorum qui sic Incip. *Anno ab Incarnatione Domini 449. venere Angli & Saxones Britan.* Item Vita Caroli Comitis Flandrię scripta per Walterum, Prologus sic Incipit *Domino suo & Patri merito sanctitatis, totius reuerētia deuotionis excolendo, Ioanni sanctæ Taruanensis Ecclesiæ Episcopo Frater VValterus dignationis eius inutilis seruus &c.* Vita autem sic Incipit *Anno itaque verbi incarnati 1127. indictione 5.* Item Liber Marci Grunnii Porcelli.
14. Quæstiones Fratris Bonauenturæ super secundum Sententiarum.
15. S. Bonauentura super Quartum Sententiarum.
16. Liber qui vocatur Somnium Viridarii tractans de potestate vtriusque Iuridictionis Spiritualis scilicet & Temporalis, ac de earundem vnione, concordia, & pace, dialogice Milite & Clerico interlocutorib⁹. Huius operis Scriptor in tergo eiusdem, dicit se imposuisse finem dicto operi Anno Domini 1375. die 6. Maij, dicit præterea se fuisse Consiliarium Regis Franciæ Caroli 5. videtur prohibitus, vt patet ex Catalogo Librorum prohib.
17. Summa de Vitiis, Quæ sic Incipit *Dicturi de singulis Vitiis.* Habetur eadem in 4. Assere intexta Libro S. Anselmi de Similitudinibus.
18. Liber Almagesti.
19. Liber de Naturis. Item Liber Meteorum. Item Liber de Generatione. Item Liber de Cœlo & Mundo. Item Metaphysica. Item Liber de Causis. Item Liber Ethicorum, & alia parua Opuscula sine titulo. Item ad calcem habetur Tractatus de differentia inter Spiritum & Animam.
20. Summa Petri Lombardi, sic Incipiens, *Quædam quæ vnum sunt &c.* Item Commentaria in 4. Libros Sententiarum Petri Lombardi
21. Quatuor Libri Sententiarum Petri Lombardi.
22. Sententiarum duo primi Libri Petri Lombardi. Item Liber qui intitulatur Eluci-

E.

Elucidarius sub Dialogo Discipuli interrogantis & Magistri respondentis, & sic incipit. *Sæpius rogatus à condiscipulis quasdam Quæstiunculas enodare &c.* Author fatetur in Prologo nomen suum silentio supprimi voluisse, cuius rei dat rationem.

23. Tertius & Quartus Liber Sententiarum. Item Quartus Liber de Sacramentis qui sic Incipit. *Dicto de Præceptis & Iudiciis &c.*

24. Arithmetica Boetii ad Symmachum Patritium. Item Elementa Euclidis cum Commentario.

25. Kalendarium Episcopi Linconiensis cum Canone. Item Canon compositionis Tabularum Gerlandi, cum manu Fungonis. Item Compotus Manualis Magistri Balduini de Marochio cum Tabula & Rationibus suis. Item Tabulæ Fungonis & Bedæ cum modo compositionis earum. Item Algorismus. Item Tractatus de Sphęra Ioannis de Sacro Bosco. Item Compotus Magistri Ioannis de Sacro Bosco. Item Quadrans Magistri Roberti Anglici. Item Astrolabium Mellehalle Item Theorica Planetarum. Item Thebith de motu 8. Sphæræ. Item Thebith de iis quæ indigent expositione, antequam legatur Almagesti. Item Thebith de imaginatione Sphæræ. Item Thebith de Mensuratione Terrę, & Planetarum, & omnium Stellarum. Item Liber Alfragani Tiberiadis de motibus. Item omnes Canones Azachelis supra Tabulas Astronomię, cum suis Glossis, & primo in motibus Planetarum, item omnes Tabulæ Tholeti. Item Eclypses Solis & Lunę cum suis Tabulis.

SEQVENTES LIBRI SVNT SCRIPTI IN PAPYRO.

26. Liber Elementorum Isaac medici, aggregatus ex dictis Philosophorum antiquorum. Item Liber Isaac de Definitionibus. Item Diętæ vniuersales Isaac. Item Diætæ particulares Isaac. Item Liber Isaac de Vrinis. Item Liber Febrium Isaac.

27. Claudiani Mamerci Viennensium Gallię Episcopi de statu Animæ Libri 3. longè meliores quam typis ter excusi Parisiis, in Bibliotheca SS. Patrum Margarini, in qua editione multa & omissa & corrupta sunt quare meritò hic codex cautè seruandus. Hunc contulit accurratè cum impressis Andr. Schottus Societ. Iesu an. 1609. Tornaci Neruiorum. Præmittitur Libris Claudiani Libellus cuiusdam ignoti Authoris de Anima contra quem Claudianus tribus sequentibus Libris disputat.

28. Liber continens Antiph. & Collectas & Sequentias, de Sanctis & de Tempore per anni circulum, & quædã Officia Missæ integra. Item ad calcẽ continentur copiæ Litterarũ acquisitionis factę de quibusdã domibus & terris

per Dominum Ioannem Gallet huius Cœnobii Abbatem. Item quædam Consuetudines & Ordinationes Monachorum Ordinis Carthusiani. Item Nomina Reliquiarum quę in hoc Monasterio continentur. Item Donationes quas contulit Ecclesiæ nostræ in thecis Reliquiarum & ornamentis prædictus Dominus Ioannes Gallet existens Prior huius Cœnobii. Item Tractatus de iis quæ fieri fecit suis sumptibus prędictus Ioannes Gallet postquam fuit benedictus in Abbatē. In prima pagina pręsentis Voluminis conuenit notare Antiphonā vnam de Vrbano Papa V. generatim Apostolicas illius virtutes complectentem, cui subiungitur Versus cum Collecta de eodem.

29. Psalterium Glossatum in margine, & inter lineas. Item Cantica Prophetarum cum similibus Glossis.

30. Iterum Psalterium Glossatum similibus Glossis, vt supra, cum Canticis Prophetarum. Glossę superioribus similes sed breuiores.

31. Historia Britannica (Authoris incerti) quam de Britannico sermone in Latinum idioma transtulit Galfridus Monemutensis, cui inserta est Prophetia Merlini eodem Galfrido Interprete. Tractat de regibus Britonum à Bruto primo Rege vsque ad Caduualadrum filium Cadualonis. Cuius Exordium *Cum multa mecum & de multis sæpius animo reuoluens.* Item Liber Pœnitentialis vtilis Confessariis sic Incipit *Cum miserationes Domini sint &c.* Item ad calcem habetur Tractatus de quantitate culpę transgressionis eorum quæ in Regula continentur, vel ab Abbate mandantur.

32. Textus quatuor Euangelistarum. Pręmittitur duplex Prologus Hieronymi cum Eusebio Cæsariensi Episcopo de Canonibus Euangeliorum.

33. Smaragdi Diadema Monachorum. Item quædam Sententiæ per modum Interrogationis & Responsionis quę sic incipiunt *Si oportet primum renuntiare omnibus, & ita venire ad hanc vitam &c.*

34. Sanctus Ioannes Chrysostomus super Epistolam ad Hebræos translatus de Græco in Latinum à Muciano Scholastico; sunt 34. Sermones.

35. Rabani Mauri Commentariorum in Genesim Libri 4. Præmittuntur duę Epistolæ, Prima est Friehulfi Episcopi ad Maurum Abbatem. Altera est Rabani Mauri ad eundem Frechulfum quæ ponitur loco Prologi.

36. Vitæ Sanctorum.

37. Summa de Casibus abbreuiata continēs Libros 4. sic Incipit. Liber primus, *Quoniam inter crimina Ecclesiastica &c.*

38. Libri 7. tractantes de Medicina, primus Liber sic Incip. *Cum omnia ex quatuor elementis generata sint à Medicis &c.*

39. Sermones de Tempore & de Sanctis, sic Incipiunt, *Induimini Dominum Iesum Christum.*

E.

Summa de Vitiis, sic Incip. *Dicturi de singulis Vitiis; incipiemus à vitio gulæ.*

40. Item Liber Magistri Richardi de S. Laurentio Pœnitentiarii Rothomagensis de Virtutibus sic Incipit, *Charitas mentis affectus ad Dominum & proximum.*

41. Liber continens diuersas diuersorum SS. Patrum Orationes. Item habetur istis Orationibus folio primo verso intexta Sententia Lanfranci de Monachis quod possint transire de vno Monasterio ad aliud Monasterium, maioris lucri gratia, sine promissę stabilitatis detrimento, cuius tale est Exordium *Indicatum est mihi quia de cuius æst Monasterio recedere vis.* Item habentur quædam intexta circa Libri medium ad Monachos pertinentia ex Decretis Gregorii Papæ, & ex Concilio Bonifacii Papæ qui 4. à B. Gregorio fuit. Item Quædam ex Dictis B. Gregorii Papę.

42. Vita S. Anselmi Cantuariensis Archiepiscopi ab Edinero Anglo eius conuictore duobus Libris conscripta.

43. Flores Decreti Gratiani Versificati, sic Incipit Prologus

Pauper & incultus contextus Versibus, ægra
Ad iubar hic metuit lumina ferre Liber.

44. Libri 5. S. Bernardi Abb. de Consideratione ad Eugenium Papam. Item Liber Magistri Richardi de S. Victore de studio Sapientiæ & eius commendatione Item Honorii super Cantica Canticorum Libb. 4. deest Prologus, Expositio sic Incip. *Author huius Libri est Spiritus Sanctus, loquens per vas sapientiæ Salomonem.* Item Libri tres Lotharii Leuitę & Cardinalis de vilitate conditionis humanę, qui Lotharius postea Innocentius Papa tertius dictus est, sic Incipit Prologus Libri primi *Domino Patri Karissimo P. Dei gratia Portuensi Episcopo Lotharius indignus Diaconus gratiam in præsenti &c.* Liber autem 1. sic incipit *Quare de vulua matris egressus sum, vt viderem laborem.* Item Tractatus de Tribulatione cuius est Exordium, *Da nobis Domine auxilium de tribulatione.* Item Liber de Doctrina cordis qui sic Incip. *Præparate corda vestra Domino.* Item Liber F. Vincentii de Distinctione temporum.

LIBRI SEQVENTES SCRIPTI SVNT IN PAPYRO.

45. Formula Profectus spiritualis ad Nouitios, duobus Libris, in quâ de interioris hominis reformatione agitur. Prologus Libri primi sic Incip. *Collationes meas quas pro exhortatione ad Nouitios &c.* Liber verò sic Incipit *Quatuor autem sunt in quibus noui & incipientes debent esse cauti.* Item Speculum Petri Boerii Abbatis S. Aniani, (alias Auiani) postea Episcopi Vrbeuetani de Monasticæ professionis obseruantiis, cuius tale Exordium *Præcordialissimis Fratribus Ioanni Decano, Thomacio Vicedecano, sacroque Conuentui Cassinensis*

B.

Beatissimi Benedicti, Boerius successor indignus. Item Contemplationes S. Augustini de Locutione animæ ad Creatorem. Item Gerardi Zutphaniensis de Spiritualibus Ascensionibus Liber. Item Tractatus sic Incipiens. *Volens à peccatis purgari &c.*

46. Tractatus de S. Trinitate ex diuersorum Authorum Dictis contextus. Prologus Collectoris sic Incipit. *Cum attestante Propheta iustus ex fide viuat.* Item Oratio Childeberti Cenomanensis Episcopi ad S. Trinitatem quæ sic Incipit. *Alpha & Omega, o magne Deus Helii Helii.* Item Tertius & 4. Sententiarum Magistri Petri Lombardi.

47. Liber Gratię quadripartitus, collectus ex diuersis Authoribus: videtur esse Authoris cuius supra, eo quod Author dicat in Prologo huius operis se edidisse Tractatum de S. Trinitate ex dictis SS. Patrum. Est Initium huius Libri *Quanquam sicut natura communis.*

48. Summa de Vitiis sic Incipiens *Dicturi de singulis Vitiis incipiemus à Vitio Gulæ.* Item Tractatus qui sic Incipit *Superbus non habet in se vnde superbiat.*

49. Summa de Casibus quæ sic Incipit. *Quoniam inter crimina Ecclesiastica Simoniaca hæresis.*

50. Liber continens Quæstiones diuersas sic Incipiens. *Qui producit ventos de &c.*

51. Sermones & Tractatus diuersi excepti ex diuersis Authoribus, qui sic Incipiunt. *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem.*

52. Glossæ in Apocalypsim. sic incipientes. *Apocalypsis hæc sola inter Libros noui Testamenti Prophetia notatur.* Item Expositio quædam super Misit Hærodes Rex manus. Item Expositio super Euangelium Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem. Item duodecim Abusiones sęculi. Item paruus Tractatus qui sic Incipit *Contemplantis anima Ierusalem dicitur.*

53. Sermones de Tempore à Dominica Paschę vsque ad Dominicam 4. post Octauam Pentecostes Themate sumpto ex Euangeliis. Iterum Sermones de Tempore à Dominica Paschæ vsque ad Dominicam 10. post Octauam Pentecostes, sumpto Themate ex Epistolis. Item Guiberti Tornacensis Ordinis Minorum Sermones 8. de nomine Iesu quos petente quodam Fratre conscripsit. Quorum Prologus sic Incipit. *Mulier Chananæa precibus importuna, sed verius oportuna, salutem Filiæ petiit & accepit.* Sermo autem primus sic Incipit *sicut aqua fontis exigui leuiter euaporans.* Ad calcem Sermonum habetur eiusdem Guiberti Epitaphium, Carmine, quod sic Incipit,

O vas munditiæ, septemplicis archa Sophiæ.

54. Liber Gallico Idiomate continens quasdam Historias.

55. Sermones Magistri Petri Comestoris sic Incipientes *Erudimini qui iudicatis.*

56. Sermones Lugdunenses super Epistolas Dominicarum. Item quædam Distinctiones super Epistolas & Euangelia Dominicarum totius anni.

Sueto-

57 Suetonius de Vita Cæsarum.

58 Liber Consolatorius de morte Amici Vincentii Beluacensis ad Regem Francorum. Item Liber eiusdem Vincentii de eruditione Puerorum Nobilium ad Margaretam Reginam Francorum.

59. Sermones Diuersi super Euangelia & Epistolas qui sic Incipiunt *Hora est nos iam de somno surgere.* Item Tractatus de Virtutibus qui sic Incipit. *Vt testantur Philosophi omnis homo ad summum bonum erigitur &c.* Tractatus pulcher. Item Quæstiones 18. quę sic Incipiunt *Moralis disputatio nostra versabatur principaliter circa duo: Primo circa Deum: Secundo circa Creaturas.* Item Epistola quæ sic Incipit *Vniuersis præsentes inspecturis Stephanus permissione Diuina Paris. Ecclesiæ Minister indignus.* Item Sermo Fratris Guillelmi de Falgar Ordinis Minorum, In Assumptione B. Mariæ. Cuius est Exordium. *Quæ est ista quæ progreditur &c. Centum millia hominum ad laudandam Virginem gloriosam.* Item Alius Sermo in Assumptione. Item Sermo in Assumpt. B. Mariæ Fratris Willelmi Ord. Cisterciensis qui sic Incipit *Multiplicatæ sunt Aquæ & eleuauerunt Archam, Domine Deus audi clamorem populi huius.* Item Sermo in die B. Laurentii F. Gerardi de Aquis Ord. Minorum. Item Sermo in Festo B. Petri Martyris Ord. Prædic. Item Sermo qui incipit *Misereor super turba.* Item Sermo M. H. Archidiaconi Tornacensis in die Purificationis B. Marię qui sic incipit. *Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.*

60. Breuiarium Decretalium Bernardi Papiensis Præpositi Libris 5.

61. Iterum Breuiarium Bernardi Papiensis Prępositi; cum Glossis. Item Decretales Innocentii Papæ, duobus Libris cum Glossis.

62. Institutionum Iustiniani Libri 4. cum Commentariis, impressi Venetiis in infantia Typographię Anno Domini 1481.

IN 6. ASSERE SVNT LIBRI SEQVENTES 67. Voluminibus comprehensi.

F.

1. Liber MS. in Papyro continens Epistolas quorundam summorum Pont. videlicet Ioannis 22. Clementis 6. & Aliorum, pręsertim tamen eorum qui Auinione resederunt.

2. Homiliæ Dñicarum per anni circulũ. Itẽ Tractatus qui sic incipit *Vidi de mari bestiam ascendentem habentem capita 7.* Item Homiliæ Dñicarum totius anni, ex diuersorũ Doct. Operibus compilatæ à quodam Monacho S. Martini Torn. est illarũ Exor. *Cũ appropinquasset Hierosolymis & venissent Bethphage.*

3. Sermones super Epistolas qui sic incipiunt. *Hora est iam nos de somno surgere.*

Item

F.

Item Sententię diuersorum Authorum de quibusdam Vitiis.

4. Casus Magistri Bernardi super Decretales Gregorii Papæ 9, Libris 5.

5. Item Casus Bernardi super Decretales Gregorii 9.

6. Iterum Casus Magistri Bernardi super Decretales. Item ad calcem habetur quoddam Exemplum.

7. Summa de Casibus F. Remundi (alias Raymundi) Ordinis Prædicatorum cuius est Exordium *Quoniam vt ait Hieronymus 2. post naufragium &c.* Item Summa de Vitiis quę sic Incipit, *Dicturi de singulis Vitiis, incipiemus à Vitio Gulæ &c.*

8. Sermones quidam super Euangelia, qui sic Incipiunt. *Homo quidam erat diues qui induebatur purpura, & bysso: Diuitiæ spirituales sunt Virtutes &c.*

9. Euangelium Matthæi cum Glossis Marginalibus & Interlinearibus.

10. Euangelium Ioannis cum Glossis vt supra. Item ad calcem habentur quædam Carmina de Canonibus Euangeliorum.

11. Liber Concordantiæ

12. Sermones Domini Gerrici Igniacensis Abbatis qui fuit Magister scholæ B. Marię Tornacensis & Canonicus, sunt Sermones de Tempore & de Sanctis.

13. Nouum Testamentum, ad cuius calcem habetur Tractatus qui sic Incipit *Scire debemus Fratres & intelligere quod omnia quæ videntur.*

14. Sermones Petri Rauennatis Episcopi per totum annum. Item Epistola eiusdem Petri Rauen ad Euthicen Presbyterum. Item Sententiæ exceptæ ex diuersis Patribus. Item Epistola quæ sic Incipit. *Fulbertus humilis Episcopus Fratri H. salutem. Dic Karissimo nobis Principi. G perpetuam felicitatem.* Item Tractatus qui sic Incipit *Loquar in amaritudine animæ meæ.* Item Claustrum animæ, cuius est Exordium *Hortus conclusus soror mea sponsa* Item Tractatus sic Incipiens. *Impleuit eam Dominus Spiritu Sapientiæ & intellectus* Item aliquot parui Tractatus. Item Expositio super Principium Genesis cuius est Initium. *Agit Moyses in 5. Libro Geneseos de primordialium conditione rerum &c.*

15. Deflorationes ex Libro Prosperi de Vita Contemplatiua & Actiua, & ex aliis eiusdem Libris. Item duodecim Abusiones sęculi. Item duodecim Abusiones Claustri. Item 12. Gradus Humilitatis & totidem Superbię Item Deffinitiones quorundam nominum. Item quædam Carmina de Anna & tribus Maritis eius. Item Versus de 10. plagis Ægypti. Item quædam Dicta melliflua de B. Virgine Maria sumpta ex diuersis Opusculis D. Bernardi. Item Versus Sibyllę qui sic Incipiunt *Iudicij signum tellus sudore madescet.* Item Exceptiones ex diuersis Authoribus. Item Interpretationes quorundam nominum Hebraicorum. Item Etymologiæ quorundam nominū.

Item

F.

Item Liber Deflorationum Authorum & Philosophorum: Collectoris Prologus sic Incipit. *Authorum & Philosophorum Libros me sæpius percurrente.* Sunt insignes aliquot Tractatus intexti his Deflorationibus, inter Alios Tractatus Theodosii de Sphæra, & Boetii Liber de S. Trinitate. Item eiusdem Boetii Liber ad Ioannem Diaconum Ecclesiæ Romanæ, Vtrum Pater & Filius & Spiritus sanctus de Diuinitate substantialiter prædicentur. Item alius eiusdem Boetii Liber ad Ioannem Diaconum Ecclesię Romanę. Ad calcem istarum Deflorationum habentur Statuta Gregorii Papæ 9. ad Monachos. Item Epistola Alexandri Papę ad Abbatem S. Martini Tornacensis data Neapoli XI. Kal. Ianuarii Pontificatus sui Anno primo. Illius Epistolæ tale est Initium *Ex parte tua fuit nobis humiliter supplicatum:* Item Boetius de Consolatione.

16. D. Prosperi de Vita Actiua & Contemplatiua Libri tres. In fronte horum Librorum ponitur pulchrum Exemplum.

17. Sermones Magistri Ioannis de Rupella de Dominicis super Euangelia & Epistolas.

18. Sermones Magistri Ioannis de Rupella de Festis. Item ad Sacerdotes & Pręlatos Sermones tres, & Vnus in die Animarum.

19. Sermones quidam de tempore & de quibusdam Sanctis, qui sic Incipiunt *Ad honorem gloriosissimi & beatissimi Ioannis Apostoli:* Dictis Sermonibus intexti sunt Sermones ad ordinandos videlicet Ostiarios, Lectores &c.

20. Liber Impressus in infantia Typographiæ in quo continentur Libri sequentes. Sermones Ioannis Chrisostomi super Iob de patientia. Tractatus eiusdem de reparatione hominis lapsi. Item Tractatus eiusdem de eo quod nullus læditur ab alio, nisi à semetipso fuerit læsus. Item Tractatus Magistri Ioannis Gerson Cancellarii Parisiensis de pollutione nocturna, an impediat celebrantem vel non. Item Tractatus eiusdem Ioannis Gerson de cognitione castitatis & pollutionibus diurnis. Denique Aristotelis Liber de Moribus ad Eudemium, per Leonardum Aretinum de Gręco in Latinum translatus.

21. Stephanus super 12. Prophetas, qui sic Incipit *Ossa 12. Prophetarum pullulant* Item Summa de Casibus abbreuiata ex summa S. Raymundi quæ sic Incipit. *Simonia inter crimina.* Item quidam Sermones super Dominicas, & de Communi Sanctorum qui sic Incipiunt *Hora est iam nos de somno surgere*, est *triplex somnus, ignorantiæ &c.*

22. Homilię & Sermones Dominicarum totius anni ex diuersorum Doctorum Operibus compilati sic Incipientes *Cum appropinquassent Hierosolymis, & venissent Betphage.* Sunt similes Homiliis superioribus numero 2. huius Asseris à quodã Monacho S. Martini Tornacensis collectis, sed hic sunt plures.

F.

32. Summa Magistri Willelmi Antisiodorensis Libris 4. quorum primus sic Incipit *Fides est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium &c.*

24. Iterum Summa Magistri Willelmi Antisiodorensis in qua deest 4. Liber de Sacramentis. Item Extractiones Summæ Magistri Guillelmi Antisiodorensis à Magistro Ardenco Papiensi extractæ & compilatę. Prologus sic Incipit. *Licet Fragmenta sub mensa Magistrorum.*

25. Quęstiones Magistri Willelmi Antisiodorensis.

26. Summa Magistri Willelmi Antisiodorensis de Officiis Ecclesiasticis quæ sic Incipit *Ierusalem qua de sursum est.* Capitulum primum sic Incipit *Dicturi ergo de Officiis Ecclesiasticis in generali.* Item Summa Magistri Ioannis Belet de Officiis Ecclesiasticis. Item Versus sine nomine Authoris de Tonsura, Cleri statu, & Vestibus quid significent, & sic Incipiunt. *Intepuit subito tenui mens nostra calore.* Itē Tract. de Tonis. Item Liber qui dicitur Massa Compoti metricè, cum Expositione Versuum: Est Liber collectus ex Operibus diuersorum Authorum. Prologus sic Incipit *Licet modo in fine temporum plures.* Item Versus quomodo debeant formari Tabulę Fungonis, Dionysii, & Bedę. Item Kalendarium. Item Algorismus metricè. Item Tractatus de sphæra qui sic Incipit *Tractatum de sphæra 4. Capitulis distinguemus.* Item Speculum Ecclesiæ de Ecclesiasticis Officiis. Cuius est Exordium. *De Sacramentis Ecclesiasticis vt tractarem, eorumque Mysticam &c.*

27. Sermones de sanctis, & de principalioribus Solemnitatibus de Tempore, à Vigilia S. Andreæ vsque ad Festum Inuentionis S. Crucis qui sic Incipiunt. *In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum.*

28. Concordantiæ super totam Bibliam. Hunc Librum dedit Ecclesiæ S. Martini Tornacensis Magister VValterus Canon. & Thesaurarius Ecclesiæ B. Marię Tornacensis.

29. Epistolę Canonicæ Ioannis & Iudæ cum Glossis Marginal. & Interlinearibus. Item Euangelium Matthæi Glossatum similibus Glossis. Item Glossæ Bartholomæi super artem Physicæ Incipiunt. *Duplex ordo doctrinæ rebus tractandis.* Item Libri Medicinæ, quorum vnus Liber Prognosticorum. Alter Liber Pulsuum. Tertius est Liber Aphorismorum. Item Liber Galieni, cuius est titulus, Tegni Galieni.

30. Ordinarium Consuetudinum Monasticarum tam circa Officium Diuinum quam obseruantias Cœnobiticas; videtur esse Ordinarium Cœnobii Cluniacensis. Item Kalendarium. Item Ordinatio Luminaris Ecclesię nostræ, & primo de septem Festis principalibus. Item Sententia depositionis contra Dominum Ægidium Abbatem S. Martini Tornacensis lata ab Inquisitoribus deputatis à Reuerendissimo Tornacensi Episcopo, Item quædam Synodus Tornacensis cuius est Exordium. *Quia cum quidam nostræ Synodo teneantur*

F.

antur personaliter &c. Item Nomina Abbatum huius Monasterii post restaurationem Ecclesiæ. Item Nomina Archiepiscoporum Remensium. Item Nomina Episcoporum Viromandensium. Item Nomina Episcoporum Nouiomagensium ac Tornacensium.

31. Euangelium Ioannis Glossatum. Item Drogo Hostiensis Episcopus de Sacramentis Dominicæ Passionis. Sic Incipiens. *Noli timere filia Sion ecce Rex tuus.*

32. Biblia Versificata carmine Elegiaco cum Allegoriis: hic Liber inscribitur Aurora. Cuius Prologus sic Incip. *Frequens sodalium meorum petitio cum quibus conuersando &c.* Auroræ Author est Petrus de *Riga*.

33. Biblia eleganti charactere scripta. Item Interpretationes Hebraicorum nominum

34. Iterum Biblia in minori Volumine, cum Interpretationibus Hebraicorum nominum.

35. Iterum Biblia in minori Volumine, scitissimo & elegantissimo charactere descripta, cum Interpretationibus Hebraicorum nominum ad calcem.

36. Tobias Versificatus à Matthæo Vindocinensi. Item medietas Verbi Abbreuiati. *Verbum Abbreuiatum fecit Dominus super terram.* Item quidam Sermones Fratris Iordanis. Item Sermo Decani in die Paschæ qui sic Incipit. *Traditus est propter delicta nostra &c.* Item Sermo Magistri VVillelmi Delpondelarche, cuius est Exordium. *Hoc sentite in vobis quod & in Christo Iesu.* Item Sermo Innocentii Papæ in Consilio qui sic Incipit. *Vos estis genus electum &c.* Item Sermo Cancellarii Parisiensis in die Ioannis Baptistæ. Item Diuersi Sermones sine nominibus Authorum. Item Sermo Decani in die Paschæ. Est similis Sermoni superiori eiusdem Authoris. Item Tractatus Magistri N. Tornacensis cuius est Initium. *Sicut præceptis salutaribus moniti.* Item Sermones aliquot Fratris Iordanis. Item quędam Exceptiones ex S. Augustino & aliis Authoribus. Item Quædam Notabilia super Decreta. Item Tractatus quomodo debeat componi arbor Consanguinitatis.

37. Cantica Canticorum, Apocalypsis. Epistolæ Pauli, & Epistolæ Canonicæ in vno Volumine. Item in calce Voluminis habetur quidam Sermo de Resurrectione super Euangelium Mariæ Magdalenę qui sic Incipit. *In solemnitate præclarâ veneranda diei huius Fratres mei Sermo vobis est recitandus.*

38. Euangelium Ioannis cum Glossis Marginalibus & Interlinearibus.

39. Mariale idest Liber de laude B. Mariæ: in quo continentur Tractatus sequentes. Tractatus Magistri Hugonis super Tota pulchra es. Incipit *Accipe Frater Charissime munusculum sponsionis.* Item Sermo Venerabilis Bedæ de Natiuitate beatæ Mariæ Virginis Item Sermo de Purificatione beatæ Mariæ Virginis. Item in Annunciatione. Item Sermo Quart

in Sabathis fiat memoria B. Mariæ. Item Descriptio qualiter vultus Domini de Hierosolymis ad Lucanam ciuitatem sit delatus Incipit sic *Leobinus Diaconus seruorum Dei minimus vniuersis Orthodoxæ fidei cultoribus.* Item Miraculum de quadam imagine Domini. Item aliud Miraculum de alia imagine Domini Item Miracula B. Virg. Mariæ quorum est Initium *Ad omnipotentis Dei laudem cum sæpe recitetur.* Istis Miraculis sunt inserti insignes aliquot Tractatus cum Prologis Authorum à quibus sunt conscripti. Inter alios Tractatus, continentur Miracula D. Virginis apud Suessionem facta cum Prologo Authoris. Item Tractatus de Miraculo facto apud Atrebatum cum Prologo. Item prolixa Narratio Miraculi facti apud Aquicinctum. Continetur præterea in his Miraculis Sermo Domini Radbodi Episcopi de Conceptione gloriosæ Virg Mariæ, in quo narrat sanationem cuiusdam puellæ apud Nouiomum, cuius est Initium, *Audiuimus Fratres dilectissimi pastorem.* Post prædicta Miracula de B. Virgine habentur sequentes Tractatus: Miraculum de Vita S. Basilii. Item Libellus de Infantia Saluatoris, qui sic Incipit *Erat vir in Israel nomine Ioachim.* Item Libellus Athanasii Archiepiscopi Alexandrinæ vrbis de Passione Imaginis Domini qualiter crucifixa est in vrbe Beritho temporibus Constantini. item Miraculum de corpore Domini nostri Iesu Christi. item quædam Orationes ad B. Virginem metricè cum quibusdam Miraculis de eadem Beata Virgine etiam metricè. Liber de mundi Philosophia versificè. Item Tractatus de interfectione Caroli Boni Comitis Flandriæ. item Quod fæmina, & aurum, & honos subuertant mentes hominum Carmine Elegiaco. item Versus Venerab. Bedæ in laudem Heldeldridæ Reginæ & Virginis Christi, incipiunt *Alma Deus Trinitas quæ sæcula cuncta gubernas.* item Vita S. Marthæ hospitæ Christi quæ sic incip *Sanctæ Ecclesiæ typum B. Martha, Christi Discipula.* item Versus Magistri Alani de B. Dei Genitrice qui sic incipiunt

Hæc est quæ proprium pariendi lege pudorem.

40. Liber qui intitulatur Horologium æternæ Sapientiæ, sub Dialogo Sapientiæ & Discipuli, est illius Exordium. *Sentite de Domino in bonitate.* item Cursus de æternâ Sapientiâ.

41. Regula S. P. nostri Benedicti. item Principia Homiliarum de Dominicis & Festis per anni circulum. item Martyrologium. item Constitutiones Gregorii Papæ ad Abbates Ordinis S. Benedicti Prouinciæ Rothomagensis in communi Capitulo congregatos.

42. Summa Decretorum, cuius Prologus incipit. *Præceptiones Canonum, seu prohibitiones quæ ab Apostolicis viris Romanis Pontificibus.* item Tractatus qui sic incipit. *Multa in Scriptura sancta occurrunt.* item Decreta Alexandri Papæ 3. item Sententiæ dicendæ super illos qui Ordinandi sunt. item Quædam Orationes

rationes. Item Quoddam Commentum super Epistolam ad Romanos. Item Daretis Frisii Historia belli Troiani. Item 7. Miracula vrbis Romanæ. Item quędam Prouerbia. Item Seneca de remediis fortuitorum. Item Quædam Carmina.

43. Decretalium Libri 5. Gregorii Papæ 9. Item Constitutiones & Decreta Innocentii 4. super causa coram ipso agitatam inter Remensem Archiepiscopum & suos Suffraganeos editæ.

44. Liber MS. in Papyro in quo continentur subsequentia Opuscula. Lamentationes B. Anselmi. Item Consolationes (Soliloquium) sic Incipiunt *Consolationis gratia aliquas Sententias deuotas in vnum coaceruaui Libellum.* Item Horologium æternæ Sapientiæ: cum Horis de æterna Sapientia, Item Meditationes B. Bernardi de Passione Dñi secundũ 7 Horas diei. Item Speculum Monachorum quod sic Incipit. *Primo considerare debes quare veneris.*

45. Maurus super Isagogas.

46. Fratris Guiberti de Tornaco, Ordinis Minorum Sermones Dominicales per anni circulum, habiti ad Clerum Parisiensem. *Rogatus pluries vt Sermones quosdam.* His Sermonibus præmittuntur Epistolæ duę Apostolicę Alexandri Papę directæ ad supradictum Guibertum Parisiis comemorantem, Pontificatus sui anno primo, quibus petit vt dictos Sermones sibi mittat. Subiicitur istis Epistolis Epistola Guiberti resp. superioribus Epistolis Alexandri Papæ. Item Commentaria in Magistrum Sententiarum quæ sic Incip. *Danielis 12. Pertransibunt populi, & multiplex erit.*

47. Vita S. Martini Archiepiscopi Turonensis ab eius Discipulo Sulpitio Seuero conscripta. Item Epistola Seueri Sulpitii ad Eusebium Presbyterum, postea Episcopum, quomodo S. Martinus de incendio sit liberatus. Item Epistola eiusdem ad Aurelium Diaconum narrans visionem quam de obitu S. Martini vidit. Item Epistola Sulpitii Seueri ad Socrum suam Bassulam qualiter S. Martinus de hoc mundo migrauerit, Item obitus S. Martini Episcopi qui sic Incipit *Martinus igitur obitum suum longè ante præsciuit.* Item Libri 3. Dialogorum Seueri Presbyteri de vita S. Martini Turonensis Archiepiscopi, Gallo Sulpitio & Posthumiano Interlocutoribus. Item quædam Excepta ex Gregorio Turonensi de S. Martino. Item Sermo S. Martini de Trinitate, cuius est Exordium *Clemens Trinitas est vna Diuinitas.* Item Sermo Albini de Miraculis S. Martini Episcopi, sic Incipit *Postquam Dominus noster Iesus Christus triumphator* Item Richeri Abbas Liber vnus Versificè compositus de eodem S. Martino, Incipit

Scripturus vitam bonitatum laude politam,
S. Martini Pontificis Domini.

Item Gregorii Turonensis Libri 4. de Miraculis S. Martini. Item Miracula facta

